



M

I M

26

18. 7. 16

M. 6. 11.

Ex
Libris Bibliothecæ
Facultatis Juridicæ
Edinburgi.



Vid. Bibl. Fac. Juris. Lugd.

Lib. Bibl. Fac. Iurid. Edinb.

DIVO SIXTO IIII PONT MAX PLATYNAE DIALOGVS DE FALSO ET VERO BONO



ICI NON POTEST BEATISSIME PATER QVAM VE

M. Tullius.

hementer interdum sim admiratus hominum diuersa studia uariaq; ingenia: quod omisso philosophiæ studio, quæ certe est ut aut. M. Tullius uitæ humanæ dux uirtutis indagatrix: expultrixq; uitiorũ ad inanes curas & cogitationes se trãsferant. Hunc. N. uidemus pecuniis & opibus studere: illum ambitioni & potentiæ: alium uoluptates omni studio & diligentia conquisitas & amplectĩ. Horũ studia q̃ sint inania declarant non modo philosophorũ sectæ (Epicuri discipulos semper excipio) Verum etiam salutaris nostri doctrina & uita: qua certe cohortamur: admonemur: cogimur caduca illa ac fragilia ut falsa bona, & nusq̃ consistentia contemnere: Religionem uero: pietatem: humanitatem: gratiam: hospitalitatem: misericordiam:

uirtutem deniq; omnem: ut unicam
& uerum bonum amplectti. Haec
est certe uera philosophia: quae no
in opinione: ut de sectis omnibus
censebant Academici noui: sed in Academici
ueritate ipsa fundata est. Tota N.
Christi uita unicam uirtutis exe
plar habetur. Hanc professo si in
tueri & imitari uoluerimus quod
certe tum ipsius gratia, tum nostra
causa facere debemus non erit cur
Numae Pompilii religionem: Scipio Scipio
nis pietatem & modestiam: forti
tudinem Catonis: Reguli constā
tiam: Iustitiam Aristidis: Fabri
tii & Curii paupertatem: sapien
tiam Socratis & Laelii: clementi
am Caesaris ac benignitatem req
ramus. Veruntamen ne quicquā
nobis ad bene beateq; uiuendum
defuit: reperta illa uetere philoso
phia hac uero noua, cuius auctor

Christus est ut pote sanctissima ī
fouetatem & tutelam nostram omī
no alcuta animoꝝ nostroꝝ morbos
sumpta inde quoad fieri potest me
dela curare debemus. Etsi n uarie
de bonoꝝ & maloꝝ finibus ab ipsis
philosophis disceptatum sit: multa
tamen ex eoꝝ scriptis ad rem nrām
pertinentia excerpi possunt: nec est
cur uereamur ne dum ea legimus
& intuemur in errorem aliquem
dilabamur: cum religionis christia
næ doctores iampridem sapienter
cribro bonum a malo ueluti triticū
a lolio secreuerint. Hac uero admi
ratione uel meditatione potius: quā
tum boni consecutus sim duci non
poss & beatissime pater. Nam dū
a Paulo Pontifice in carcere & com
pedibus detinerer: dumq, & amis
sam libertatem flerem: & eas facul
tates mihi vi ablatas lamentarer:

quas mea industria: meis pecuniis
in vrbe pepereram Pii Pontificis be-
neficentia adiutus. Tandem benigni
tate dei & philosophiæ gratia animum
a perturbationibus & sensibus ad
dignitatem sui ipsius reuocans: ita
apposite mecum philosophatus sum
quemadmodum in libello meo scri
ptum apparet: quem quidem ideo
Sanctitati tuæ dedicaui: qđ & sum
mus philosophus es: & eius vicari
us merito certe qui nos non uerbis
tantum ut uani philosophi solent:
sed doctrina & exemplo instruxit.
Vnde falsum a uero bono seiungere
mus: quo & in uita felices & in
morte beati æuo frueremur sempi
terno. Tum sic mecum locutus est
mei consolandi causa Rhodoricus
Calagoritanus Episcopus arcis Ro
manæ præfectus vir certe bonus
& doctus: in illa prima nostra ca

lamitate quæ profecto secundae
causa fuit. Imbecillium nanq; ani
morum est eos semper uelle per
sequi & maleficio opprimere ne
ad uindictam respirent: quos in
signi aliqua iniuria & calamita
te affecere.

Patricius Dudale Scotus me dono
a Religioso Viro Simone Heyburne
accepit Romæ ad 16 Mar. 1547.

RODERICVS. QVID AGIS PLATYNA? QVID EST QVOD ITA MOESTVS ET ABIECTVS IACES? PLATYNA.

Quid agam quæris? quasi nescias ab eo agi nil posse: qui omni actione humana priuatus est: nisi forte actionem existimas lugere ac mœrore affici: quibus perturbationibus nihil certe inesse uideo: quasi uel eum qui luget: uel eos quorum causa fuit iuuare possit. cui omnis uera actio exercitatio q; humana finem sibi aliquem usui hominū accommodatum præscribat. Quā ob rem quærendum fuit potius cur non agerem: q; quid agerem. RODERICVS. Siccine te abiicis

Platyna: sic a teipso discedis: ut nullū tibi in fortitudine & constantia præsidium colloces? Secus mihi tecum profecto loquendum est: q̄ cum homine agresti & indocto: illum utpote minus docilem: quibus possē uerbis consolarer: te uero non admonebo solum: sed etiam reprehendam: ne teipsum ob tantulam miseriam prosternas & deiicias. Quid egisti quæso in uita: si neq; doctrina neq; experientia humanos casus æquo animo ferre didicisti? Veniat tibi in mentem quot homines in uita fuere qui maiorem q̄ tu passi sunt calamitatem. Omitto reliqua miseriarū genera: quæ turmatim ut Hesiodus poeta scribit homines quotidie inuadunt: Ad captiuitatem uenio, de q̄ in præsentia nobis est sermo. Quot inquam homines uel nobilitate generis: uel magnitudine imperii: ut

Hesiodus

duuitiar & patriæ splendore: uel eru
ditione & doctrina: vel rer gestar
gloria: uel sanctitate uitæ præcellen
tes, molestiam carceris perpessi sunt.

C Cræsus ille Lydor Rex qui templa Croesus.
oraculor omnium quæ tum fuere
multis ac magnis muneribus orna
uit: quiq; in lateres aurum & argē
tum fudit a Cyro Persar Rege bel
lo captus quod reliquum ætatis su
perfuit in seruitute uixit. Exulauit
item apud Thebanum Epaminun
dam Philippus Magni Alexandri
pater. Periit in carcere Paulanias
Lacedæmonior Rex. Seruiuit bar
baris Aesopus fabulator ille é Phry
gia. Sunt qui affirment eandem
quoq; sortem & Platonem philoso
phor principem subiisse. Sumpto
ueneno Socrates in carcere uitam
finiuit. Cruciatus omnes & pœnas
M. Regulus a Karthaginiensibus

captus & in uincula coniectus constanti animo tulit. Venditus a fratribus Iosephus cum Pharaoni aliquandiu seruiuisset & in uincula ob suspitionem stupri coniicitur. Et ne sanctorum nouæ legis exempla declinemus: addo Petrum: addo Paulum: addo Ioannem Baptistam: innumerabilesq; alios: qui martyrii coronam: aut in ipsis uinculis: aut e carcere ducti subiere. Non dico quot Reges hodie: quot principes: quotq; in uno quoq; genere uirtutis præstantes uiri: aut in uinculis seruiant: aut extrema quæq; in carcere patiantur. Trahit secum Turcus iste: qui nostra ætate ferro ac flamma christianum nomen inuasit: multos catenis & compedibus reuinctos: quos prælio: fraude: ui: in direptione urbium cepit: modo eos intelligat: uel disciplina re militaris:

Iosephus

uel uetustate generis: uel regnãdi
aut imperandi auctoritate apud
suos multum ualuisse. Nouos autẽ
cruciatus/ nouas poenas reticeo: qs
barbarus ille sæuus & truculentus
quotidie excogitat ad explendam
crudelitatis sitim: qua certe iam
diu in sanguinem christianorum
exarsit. Præterea uero quot sunt
in hac atq; item in reliquis Italiæ
urbibus: qui & tetriore & fœdiore
q̃ tu carcere detinentur? Desino cõ
memorare quos illi plerunq; custo
des habeant: q̃ asperos: q̃ immites:
q̃ crudeles. Hoc tibi nihil adhuc
contigit. Nam locus iste in quo x
nunc relides: nullam habet carce
ris formam: egregie cameratus est.
Vides orientem solem: uides occidẽ
tem: uides septentrionem: & quo
quo te uerteris libertatis potius q̃
captiuitatis facies: si uera fateri

Terentius

uis tibi sese offert. PLAT. Illud Te
rentii in una re dictum multis cer
te accommodari potest. Facile omnes
cum ualemus recta consilia ægro
tis damus. Reliquum consulto præ
tereo ne uidear tuæ uirtuti & con
stantiæ diffidere. Eo. n. ætatis recte
& honeste agendo deueneristi. ut tā
nauigare in portu merito tuo dici
possis. Ad me redeo. Collegisti tu
quidem memoriter multorū exē
pla. qui eadem calamitate qua
ego ac maiore fortasse uexati fue
re. Sed istud ad rem nihil (pace tua
loquar) Consolari me certe hac ra
tione instituebas quod contra acci
dit. Neq;. n. amaritudine amaritu
do fugatur. sed dulcedine. ut nigrū
albo. fuscum claro. Nam quæ eius
dem generis sunt coniuncta uim
augent. disiuncta uero a contrari
is facillime opprimuntur. ut in

acæ milues solent qui facto globo
aduersariorꝝ impetum frequenter
sustinent: qđ si ab ordine discesse
rint oppressi statim in fuga conci
dunt. Alia tibi inuenienda fuit uia
qua me consolarere: hanc medici
nam non admitto. RHO. Vulnꝰ
hoc tuum altius insedit q̄ putaram:
si hoc pharmacum nil proderit tibi
certe maiora præstabuntur reme
dia. Legisti credo libros Ciceronis de philosophia refertos exemplis
eorꝝ qui forti ac constanti animo:
patriæ: parentum: filiorꝝ: coniugū:
fratrꝝ mortem & interitum æquo
animo tulere: quiq; fortunarꝝ: di
gnitatum: honorꝝ amissionem tan
ti fecere quanti maxime a bonis &
constantibus uiris fieri debꝫ: hos
tanq̄ fortissimos athletas contra
humanos casus crebro in certamen
uocat Cicero: ut istorꝝ exemplo &

Cicero.

uirtute eorꝝ animi ad fortitudinē
excitentur: qui aliquo incōmodo
afflicti iacent: quod certe non face
ret uir ille acutissimus: si ut pau
lo ante dixi: calamitosorꝝ exempla
non leuirent eorꝝ miserias: sed au
gerent: qui aliqua insigni calamita
te premuntur. Quis est. N. adeo ra
tionis & constantiæ expers: cui non
moueantur affectus quos græci πάθη
uocant? vbi uel constanter
aliquid: uel iuste: uel modeste: uel
prudenter factum intelligunt? Le
guntur in gymnasiis præmata: legū
tur historiæ: leguntur orationes:
ut adolescentium animi pulchritu
dine honesti: quæ quidem ex alio
rum recte factis elucent: ad uir
tutem & laudem excitentur. Tan
ti nimirum Alexandrum fecisse
lectionem Homeri ex Plutarcho
nouimus quem in manibus crebro

Alexander

habebat: ut Dario regno ac uita spoliato: dum eius deliciæ spoliorum nomine attrectarentur: cistella pretiosissima ac pulcherrima in medium sit delata: qua uisa cum qui aderat principes ad seruandas smaragdos hyaspidas zaphyros diceret esse accomodatam: responderit. Rex illepræstantissimus: nil in eam commodius & honestius q̄ Iliadem ἐφοδλον τῦς ἀρετῆ idest comeatum uirtutis ut ipse appellabat reponi posse. Inde. N. multa percipiebat quæ bellicam uirtutem adiuuaret: cum Achillis: Hectoris: Nestoris: Vlixis: Agamemnonis: cæterorumq; heroum res fortissime ac sapientissime gestas ad imitandum legere &. nota C anere siquidem fidibus carmina ipsa in bello poetæ solebant: quo animos militum audita maiorum laude: ad bene de patria promerendum.

Hector.

Mos uetus.

adhortarentur. Idem quoq; de annalibus & historia lic& dicere: quæ ideo conscripta est & in ærario diligēter asseruata: ut haberent Reges & populi unde calcharia ad uirtutem sumerent: ne æstu, ne frigore, ne uigilia ne fame, ne sui perterriti rebus suis publicis in maximis periculis deessent. Quem animum quæso non excitat ad uirtutem fortitudo Romuli? Religio Numæ Pompilii? Audentia Bruti illius qui Tarquinum ab urbe expulit? Modestia Camilli? Q. Mucii caritas erga patriam? Continentia M. Curii? Parsimonia Fabricii? Fab. Maximi perseuerantia? Pauli illius patientia qui duos consulares filios continuatis prope funeribus sine lacrymis & gemitu extulit? M. Catonis seueritas? M. Reguli constantia? P. Scipionis integritas & modestia? Nobis profecto adhuc pueris

M. Brutus

memini dum ista in scholis legerẽtur
animos ad laudem uehementer in
cendi: cum hunc filiorꝝ mortem con
stanter: illum fortiter pro re. p. peri
culum: alium patienter carcerem uin
cula cruciatus omnes honesta causa
tulisse audiebam: quæ concitatio
menti meæ adeo insedit: ut crebro
quantum professio mea patitur: hi
storias repetam & legam. Neq. n.
prophana studia theologicis & sa
cris sunt præferenda: cum nil exco
gitari possit ad bene beateq. uiuen
dum: quod non in his utpotè diui
nitus scriptis uberius & melius q̃
in illis inueniatur. Lautus siquid
cibus est qui ex lectione sacrarꝝ
litterarꝝ percipitur: siue humanas
res siue diuinas contemplari uelis.
Sed in studiis fit ut in cibo sol&: de
lectatur. n. quisquis epularꝝ uarieta
te unde pro secunda mensa genti

lium studia mihi interdum apponi
non recuso: ut uarietate delectetur
& recreetur animus. Veteres autem
laudationes: quas graeci ἐπιταφίους
λόγους, nos non inepte funebres
orationes appellabimus: ad hoc in
uentae sunt: ut & hi qui fortiter ali
quid & constanter in uita egissent:
pro patria: pro liberis: pro paren
tibus meritam laudem apud poste
ros consequerentur: & ii q adhuc
in stadio & theatro relicti essent
aemulatione gloriae excitati: nul
lum in uita pro honesto & rec
to laborem ac periculum recusarent.
Leguntur & crebro quidem a uiris
religioni deditis uitae patrum: legu
untur actus apostolorum: leguntur
martyrum res gestae: quibus fit ut
pleriq; dum eorum uitam & mores
imitari studeant: quorum ante actam
uitam cum admiratione leguntur

Oratio funebris.

in sanctos referri mereantur. Alius deliget sibi quem imitetur Paulum: Alius Petrum. Alius Hieronymum: Alius Augustinum. Alius Ambrosium: Multi Francisci: nec desunt qui inædiam, sitim, frigora, æstus, calumnias, cruciatus, tormenta, mortem denique; quauis asperam constanti animo sint subituri: ne ab eius institutis & præceptis discedant: quem tanto opere amant, & sequuntur. Hæc fieri ab hominibus sine mente diuina ut credam certe adduci nullo modo possum. Res. N. quæ sine ratione & dei nutu instituuntur: ut potè fragiles & caducæ cito euanescat & intereant necesse est. Quare si sapis Platyna: & si non omnino ob unam hanc uel leuissimam plagã a sede rationis consternatus es: cõfiteare oportet & exempla ipsa ad-

Paulus.

Exempla.

persuadendum ualent plurimum. Qđ si secus egeris imbecillem te atq; infracti animi prædicabo: qui sic abiecte sensum quæstus ob tantulam ægritudinem amiseris. Age excita animum: & mentem á sensibus reuoca: ne tibi dici possit. Salmaci da spolia sine sudore & sanguine. PLA

A cer profecto es ad persuadendũ Rhoderice: adeo instas & urges ut q̃ me uertam nescíam. Vnus aliquis mihi certe uideris ex his qui nuper ex gymnasiis dialecticoꝝ & rhætorum prodeuntes eruditionis & audaciæ pleni: acute nimium de rebus propositis disserunt & persuadent.

In te quidem & doctrinam & singularem uideo sapientiam ẽẽ: qui ita apte distincte & acute ad persuadẽdum locutus es: quare fac ut tibi rerum etiam humanarũ non ignaro & delram & uelim credere. RHO.

A

Fugere quidem istud est non uerum
fateri. Tuam hanc technam optime
noui. Demulcere mihi aures laudi
bus instituisti: quo abi facilius hāc
confessionem euadere liceat. hirudo
sum: non effugies: nisi prius hoc ti
bi persuasum aperte intellexero. Iv
nua illa certe fuit non confessio. qd
taces? PLA. Iube hos quiescere. q
eulant: qui flent. qui lamentantur:
Hoc unum ad culmen nostre miserie
deerat: ut hos miseros & ærumno
sos socios mihi addereris. RHO.
Senas tu contra ac reliqui solent: Nā
qui aliqua in calamitate sunt con
stituti eam certe leuius ferre dicū
tur si doloris socios habuerint. PLA.
Mallem hercle solus ēē. q̄ cum homini
bus calamitosis & indoctis eadem
miseria premi. Neq;. N. hi me pro
pter insaniam. neq; ego hos uicissim
propter dolorem consolari possum.

RHO. Mitte tandem has querellas atq; age duc quod rogo. Si fessus es recumbe paululum in dextram.

PLA. Quid ego in dexteram recumbam? qui siue dexter siue sinister siue pronus siue supinus iaceam hac compedum molestia continuo crucior. Satis nimirꝝ uobis esse debebat comprehensum in carcerem trahere? & non me qui mihi ac. lxx. sotiis meis illatam a Paulo Pontifice iniuriam questus sum tanq; proditorem: crassatorem: furem: latronem grauissimis etiam compedibus reuincere? Putastis credo me alterum Dædalum ee? qui sumptis alis ex hac cella & munitissima turri in terram libertatis causa deuolarem. RHO. Nulla profecto alia causa est quare huius nobilissimæ arcis præsidium mihi commissum doleam nisi q

nola

& homines in carcerem trudere:
& eos Pontificis mandato pleruq;
uinculis & compedibus uincire co
gor: quod certe ab ætate & profes
sione mea alienum est. Multis n.
prodesse & neminem lædere me
um semper fuit institutum: quare
& tibi & mihi quod summa pote
stas imperat æquo animo ferendū
est. Sed propediem hac molestia
nisi mihi aliud fuerit imperatum
te liberabo. PLA. Tum demum ue
ro hoc fiet credo: ubi crura circum
quaq; exederit moles usta grauissi
ma. RHO. Ah Platyna humani
tati & clementiæ Pontificis diffidē
uideris. Desine male sperare: & eo
tandem reuertere unde nostra de
fluxit oratio. PLA. Ne te diutius
morer: tua usta ampla & magnifi
ca exemplo; positio: nobilium gal
lo; ferculis pauper; maxime mi

hi uidentur ee similllima. ut. N. in
illis sola magnificentiæ & liberalita
tis species appar&. sic & his nil mi
hi præter inanem uerbo~ pompam
messe uidetur. Suadent hæc quid nota
aliquantulum: sed non mouent. RHO.
V idebam ego antea & uultu & uerbis
ironice te loqui. Sed quæ rogo fuit
causa cur secus ac sentires loqueretur?
L euis nimio~ atq; inconstantis uiri e:
quæ paulo ante affirmaueris muta
ta sententia refellere. PLA. Censen
eum sanum ee: qui in moerore ac lu
ctu uitam degit: ut. N. corpus iæ
qualitate & superfluitate humorum
febribus quatitur: sic animus per
turbationum multitudine a sede ple
runq. sua dimouetur. RHO. In hac
mihi sapere potius q̃ dissipere uideris
qd ea quæ dico nisi placeant: ut unus
aliquis e schola philosophor~ appo
site nimium confutas: quod fieri t

profecto nullo modo possē: nisi mē
te & animo consisteres. PLA. Indi
gnantium mos est recte dicta per
uerse ac stolide dictis quasi uanis cu
iusdam miscere. Videmus pueros,
uidemus insanos sententias & eas
quidem præclaras nonnunq; efferre.
RHO. Non negauerim ego quidem
istud persæpe accidere: sed conungē
sequentia antecedentibus: & quæ
dam refellere: quædam approbare:
non dementis certe sed bene sani
est proprium. Verum hæc tandem
omittamus. Age dic quare aliter ac
sentiebas in meam sententiam ueni
re te dixeris. PLA. Eam siquidem
molestiam percipiebam eulatu isto
rum & cruciatu compedum: ut neq;
dicentem neq; admonentem pate
ter satis audire possem. Demum
uero me recreasti qđ hos iusseris ta
cere: qđq; etiam mihi spem dederis

te propediem his compedibus me
soluturum. RHO. Mollis nimi
um & delicatus es Platyna: qui
rebus aduersis sic frangeris: sed
illa ut uideo indiges medicina:
quam ego bonos imitatus medicos
grauioribus ægritudinibus adhi
bere soleo. Hæc si nihil proderit
te statim missum faciam. PLA.
Q vale sit istud Antidotum audire cu
pio: illud nisi amarum fuerit & sto
machum faciat bibere profecto no
recusabo. RHO. Quasi uero & sto
machus & aluus dilui possint: ni
si contrarium quoddam ingeratur:
quo pituita & choleræ quæ intesti
nis adhærent inde auellantur. Vt
N. pudor petulantiæ, pudicitia stu
pro, fides fraudationi, pietas sceleri,
constantia furori, honestas turpitu
dini, continentia libidini, æquitas
iniquitati, temperantia luxuriæ,

Contraria.

fortitudo ignauiæ prudentia temeritati, copiã egestati, mens sana amẽtiæ, bona spes desperationi rerum omnium opponuntur. sic bona ratio falsæ opinioni aduersatur. quæ quidem ubi non mediocriter ægrotanti pro medicina adhibebitur. si rectẽ te admonenti parere non recusaueris. PLA. Sine me colligã aliquantulum, & animum ac corpus ad audiendum disponam. Interegere etiam pedes latius est. ne a frigore á docilitate remouear. tu dices & ego interim mentum demulcebo, quo mens sit ad audiẽdum promptior. barba. N. infuetis potissimum nescio quid molestiæ affert. nisi crebro fuerit demulsa & attrectata. RHO. Coge & me certe hæc tua attentio longius fortasse progredi q̃ instituerã. si in ea tẽ ut par est perseuerare intellexero.

Primum hoc confitteare oportet: deum ipsum ita creasse hominem ad imaginem & similitudinem suam: ut merito a grœcis μικρόκοσμος: a latinis uero paruus sit mundus appellatus. In eo. n. spæræ multæ sunt: inest mens quæ ad similitudinem illius qui hunc mundi globum regit subiecta mouet. Verum hanc philosophandi rationem ut potè minus christianam prætermittamus.

Hominem constare ex materia & forma non ignoras. Omitto item materiam illam primam: quam Aristoteles tanq̃ chimæram quandã proponit. Ex quatuor autem elementis compositum hominem: tum demum esse & uiuere dicimus ubi ei addita est & indita forma: ad cuius integritatem quinta profecto illa essentia necessaria est quã ἐνδελέχειαν ille: nos uero intelle-

& tum continuo mouentem debemus
appellare. Quatuor illa sunt nobis &
certe cum brutis omnibus cōmunia:
hoc uero solo quo intelligimus ratio
cinamur progressus & antecessiones
rerū non ignoramus ab eisdem dif
ferrimus: essentiis separatis quan
tum nobis per imbecillitatem huma
næ naturæ licet perssimiles. Discur
rit enim mens ista mira celeritate hu
ic animantium duntaxat est da
tum per elementa omnia: per supe
riores circulos: & adeo est intelligē
di auida, qualia sint quæ in mun
do habentur: ut dei etiam ipsius,
qui a nobis omnino comprehendi
non potest: rationem & magnitu
dinem audaci ter nimium inue
stigare conetur. Nullam disciplī
nam relinquit intactam: non grā
maticam, reliquarum doctrinarum
fundamentum: non dialecticam,

quod

qua uerum á falso discernimus: nō
rhætoricam unde rationem persua
dendi ac dissuadendi sumimus: nō
arithmeticam ad reliqua mathe
matica gradum pernecessarium:
non geometriam ad distinguen
da climata dimensurandumque
hoc immensum terrarū spatium
non inutiliter inuentam: non
musicam cuius harmonia corda
hominum demulcentur: nō astro
logiam qua in cælos scandimus.
De his disciplinis ita disserit: ut ue
rum á falso: congruum ab incon
gruo acutissime separāt: falli de
cipi errare circa earū cognitionē
turpe ac dedecus existimat: pro
inde die ac noctē inuigilat ne
in errorem aliquem inscitia dila
batur. Quos uidēt hominum in
his præcellere: eos utpotè diuinæ
essentiæ magis similes ac propin

quos diligit & imitatur. Ignoran
tiam & stultitiam tanq̃ duo ma
gna præcipitia studiosissime ui
tat. Versari in cognitione rer̃ ma
xim arũ & admirabilium: quibus
tanq̃ gradibus pernecessarius seipsũ
postea intelligat summum bonum
ee existimat. Fieri .N. nullo modo t
potest: ut quis sui ipsius perfect̃ ta
rationem habeat & cognitionem:
nisi per disciplinas tanq̃ humanæ
cæcitatis expiatrices discurrerit.
Inde quippe ad sui ipsius cognitio
nem conuersa mens cæcitatis late
bras facilius explorat. Neq; uelim
existimes id uno tantum ac tu fie
ri. Habitus .N. ut Aristoteli placet:
ex frequentatis actibus comparã
tur. Ad hæc nanq; sæpius reuerti
tur: & quasi apum diligentiam &
sollicitudinem imitata: inde ad
cellulam suam recentem primo

& inornatam floſculos quos passim
ex floridō illo atq; amœnissimo do
& trinæ campo decerpsit ſecū defert
eosq; ita aptē collocat ut deinceps ſpē
cies simul cum iucunditate præſe
ferant. Neq; antea coepto deſistit li nota
generosa eſt, q̄ uiderit domicilium
in quo habuat fugatis uitiōꝝ ſordi
bus uirtutum omnium pulchritu
dine redimitum. Tunc quieſcat tūc no
parto ut formicæ ſolent læuientibus
etiam uitiōꝝ procellis cum ſecurita
te & quiete fruitur. Labores: uigili
as: æſtus: ſollicitudines, quibus ferè
tanq̄ inſtrumentis tantam felicita
tem adepta eſt: deluas qualdā pu
tat: pro iuſtitia temperantia fortitu nota
dine modeſtia nullum laborem re
cuſat. In his uero dum ſe exerc&
multos iuuando, neminem læden no
do, incommoda pro utili & honeſto
fortiter patiendo: modum in rebus

seruando libidines cœrcendo uitam
sibi beatam putat. Otium & inerti
am tanq̃ perniciem humani generis
deuitat. Doc& admon& castigat re
prehendit. neminem errare quantu
in se est patitur. Siquem uid& dolo
re inopia timore sollicitudine uana
spe circumuentum eundem conso
latur uiuat & in uiam rect tam de
ducit. Regibus principibus natio
nibus populis ciuitatibus ius fasq;
præscribit. Res p. in ordines inter
se se conuenientes distinguit. Do
mos uni matronæ & patrifamili
as committit: quæ deinceps propa
gatæ uicos in urbe faciant. Affini
tates connubia proponit: quibus t
ciuitas in unum corpus tandem re
digatur: & ad externam uim pro
pulsandam: & ad bellum his infe
rendum a quibus fuerint iniuria
lacessiti: & ne in tanta concitatioe

animoꝝ contra æquitatem aliquid
fieri &: ius fœciale conscripsit quo nota
admonemur & docemur pro rebꝰ
repetitis & non redditis bellum ho
stibus inferre. Seruare item aduer
sus hostes modum quendam ad
monet. Clientelas hospitia: soda
litates: amicitias optima ciuitatꝫ
uincula commendat. Qvid plura?
Conatur profecto quoad fieri pot,
ut idem ordo eadem q; uisitata &
constantia in terris seruetur, quã
ee apud superos sapientia & con
templatione nouit. Hæc itaq; Pla
tyna & plura alia, cum uides ab
hominibus sapientibus potissimũ
ad bene beateq; uiuendum ee ex
coquitata & inuenta: ratione ne an
temeritate factum dices? PLA.
Ratione profecto. Seruari. N. tanta
decentia in rebus humanis sine
mente & consilio nullo modo pos

set. RHO. Recte sanè. Cum igi-
tur mens hominis benè instituta
tot acies: tot oppida: tot præsidia
contra ignorantiæ & uitiorũ omni
um arma & machinas fortiter ac
constanter expugnauerit: ab eadẽ
nota ne unam uel minimam quidem p
turbationum, quæ in uita accidunt
uinci posse abnues? PLA. Minimè.
RHO. Ergo & tu si non omnino tẽ
deseris: siq; teipso uti uoles: hunc
dolorem quem ex carcere percapis
ratione & consilio perfacile mitiga
bis. PLA. Eo certè me tua dicendi
copia perduxisti: ut quæ affirmes
& comprobes tibi negare nõ ausim.
S ed unum uelim consideres animo
nota nostros rudes adhuc & indoctos
omnes disciplinas planè arduas
facilius discendo percurrere: q̃ ui
tiorũ labem & perturbationũ agmi
na à seipsis dimouere: id uel in

multis mea quidem sententia uidere
luce. qui & si docti & eruditi sunt
tamen cupiditatum nexibus irretiti
uitam agunt intemperantem & fla
gitiosam. RHO. Hoc quod dicis ra
tioni certe consentaneum uidetur: fa
cilius siquidem a familiari inimico
(ut aiunt) q̃ ab externo supramur.
VNA. N. cum hominibus uitioꝝ & cu
piditatum semina nascuntur: crescũtq;
indies: & augentur magis: nisi fue
rint ratione cognitionis suppressa:
quæ ut antea dixi magno studio &
longa exercitatione comparatur.
NEq; certe ullam aliam ob causam do
ctrinæ inuentæ sunt: nisi ut his
malis omni expiati animi æuo frua
tur sempiterno. VT. N. strenui Im
peratoris est uidere prius: qua in
re possimum ab hoste lædi possit:
ne ab eodem dum manus conseri
tur incautus opprimatur: Sic boni

Semina uitioꝝ

ac docta uiri proprium est uigilare
continuo ne in culpam aliquam ui
tiorũ illecebris dilabatur: ut Hercu
lem uirum fortem ac constantem
fecisse legimus qui uno exalo ler
neæ belluæ capite: aliud statim ag
grediebatur: ne siquid de uirtute u
more uel ignauia remisisse: a tan
ta ac tam immani hydra absume
retur. Qđ siqui docti uidentur (ut
ais) qui flagitiose ac intemperanter
uiuant: eos ego non doctos: sed fu
res ac latrones appellabo. qui rei ac
commodatæ usum longe aliter per
capiant: q̃ fruendum ac utendum
acceperant: quæ ñ doctrina potest
ẽe in his qui nullum scientiæ apud
se locum reliquere? Castos amat
& sanctos musa (ut aut ille poetas.
Præterea duo contraria in eodem ẽe
subiecto nullo modo possunt: qua
re nec auarum ego: nec libidinosũ:

Hercules.

nec furibundum: nec turpitudinibus
omnibus & dedecori seruientem
sapientem unq̄ aut doctum appel
labo: cum nihil sit tam contrarium
uirtuti q̄ uitiositas ipsa. Iuuenes
Aristoteles. aut Aristoteles non esse idoneos au
ditores philosophiæ moralis: qđ hi
ob ætatem magis æstuent cupidita
tum procellis: quibus certe uetamur
eas res cognitionem habere: quæ
ad uirtutem ducunt. Coercendæ si
quidem libidines sunt: refrenanda
auaritia: & cæteræ animi labes ex
pellendæ: si boni & docti quæ duo
simul conspirarunt haberi uolumus.
Vnde Maro poeta bonum pro docto
non incongrue posuit: Aegloga .v.
Cur non mopse boni quoniam conue
nimus ambo Tu calamos inflare le
ues ego dicere uersus Hic corylis mi
xtas inter consedimus ulmos: PLA'
Venio ego in hanc sententiam pedi

bus & manibus: sed id mihi mirū
uidetur: qđ acutē dissentiant: aptē lo
quantur: non incongrue philoso
phentur: si docti non sunt. RHO.
Eadem ratione doctas appellabis pi
cas: psytacos: monedulas. qđ inter
dum humanam uocem imitatē ap
posite aliquid exprimant. PLA.
Habentur tamen hi apud uulgum in
precio. RHO. Quid? Non ne equi
asini & cætera iumenta apud uul
gum in precio sunt? PLA. Mini
me uero eadem ratione: hos .N. ue
neratur: hos ad summos honores
& magistratus prouehit: hos mu
neribus, hos donis afficit. RHO.
Quod imperitum uulgus facit feren
dum potius q̄ laudandum censeo.
Quid si tibi ostendero ætatē nostra
ignauos & rudes: non bonos &
eruditos in precio ēē? Vac& honor:
uac& alicuius dignitatis locus

Quis sufficiatur? leno nebulo adulator parasitus delator sicarius crassator fur sacrilegus: & qui prope nihil ↑ hab& hominis in se præter materiam: & eam quidem satis rudem.

Boni uero: prudentes: docti: eruditi: ac rer& humanar& non ignari tanq̃ manci & mutiles omittuntur.

PLA. Plerq; etiam uidemus bonos ↑ imperio aliis præesse: ne dicas eruditos semper excludi. RHO. Id si interdum fit: non per se certe: sed per accidens: ut aiunt philosophi: contingit. Ver& prætermittamus tandem queri hanc communem ubiq; gentium calamitatem: existimemusq; uiros sapientes: etiam si nullo honore ac præmio fuerint affecti: beatos ac felices ēē. Sola enim uirtus: ut stoicis placet: ex se se ad bene beateq; uiuendum sat est. Nā qui uirtutem adeptus est: ei certe ↑

Stoici.

ad summam felicitatem deesse nil
potest. PLA. Hoc tamen peripate-
ticis non placet: qui nil præclarum
ab eo fieri posse ostendunt: cui ad
magnificentiam & liberalitatem fa
cultates & copiæ desunt. RHO.
Sentio & ego cum illis: si ad felicita
tem eandem respicias. Loquebamur
sanè si bene memini de homine
sapiente & perfecto: cuius certe to
ta felicitas in contemplatione re-
ocultar. & admirabilium repolita
est. PLA. Quid? iste sapiens: num
comedit: num uestibus & tabulis
ad frigora æstusq; uitandos indiget?
Omitto quæ ad speciem & ornatum
sunt pernecessaria: ut argentum:
aurum: egregiam libror. utensili
umq; omnium supellectilem. RHO.
Hæc profecto eo facilius a sapiente co
parantur: qd paucis minimisque
contentus est. PLA. Facis tu quid

Peripatetici.

Pauper.

Mendicus.

hunc hominem a mendico nihil differre. RHO. In uno solum differunt qđ hic coactus: ille libens ostiatim etiam si oportuerit panem mendicat. PLA. Non utiq; hoc liberi hominis officium ēe puto: cum sine rubore & dedecore fieri non possit. RHO. Immo liberrimi qui extrema quæq; pati mauult: q̄ deliciis alior̄ iniuria partis affluere. PLA. Quasi uero facultates cōparari non possint iuste & honeste: RHO. Difficile hoc quidem est & unum ex his quæ fieri possē uix puto. Bilancem semper in manibus habere oportet & diligēter attendere ne examen in hanc magis q̄ in illam partem flectat: quod quidem fieri cupiditates nostræ non sinunt. Sumus n. fato nescio quo ad rem auidi: & ita accurate diuitiis studemus ac si an

nos Matusalehem uicturi essemus. Stultaa hominū
Hinc nempe rapinæ: hinc latrocinia:
hinc sacrileqia: hinc peculatus: &
infinita mala nascantur oportet.
Quare uir sapiens & bene natura
instructus: has tanq̄ improbissimas
dominas dedecoris & turpitudinis
declinat: adhæretq; innocentissimæ
ac sanctissimæ paupertati: cuius
adminiculo adiutus otio & inge-
nio suo liberrime fruitur. PLA.
Non abhorrent a uero quæ dicis: qd
aliis contingat nescio: sed hoc usu
mihi euenire sol&: ut facile ab oī
studio & cogitatione retrahar: ubi
me paupertate & inopia circumuē
tum uideo. RHO. Hoc est signū
ægrotantis animi: & uirtutis An-
tidoto nondum bene purgati. De-
ee tibi profecto nil potest Platyna:
si muneribus a natura datis uti
uolueris: & si diligenter conside-

raueris unde in lucem ueneris: &
quo tibi sit redeundum decurso ui
tæ tuæ spatio. Nudum primo natu
ra te produxit. Huic tuo corpusculo
animum deus & mentem indidit:
qua tibi ad uirtutem parares om̃ia
in lucem prodiens lac te primo: mox
pane fuisti contentus. Vita qua frui
mur breuis est: & quidam quasi
somnus. Moriendum est postremo,
ut depositum reddamus. Nec time
dum est quod euitare non possis.

Bassus. Tam stultum est: ut ait Bassus: mor
tem timere q̃ senectutem: Vt. n. se
nectus adolescentiam sequitur ita
mors senectutem: q̃q̃ si uerum in
tueri uolumus non mortem time
mus: sed cogitationem mortis ipsi
us. Plus. n. mali est in opinione q̃
in re: Vera quidem ex parte Epicu
ri sententia est qui affirmabat se
parū admodum doloris in illo ex

tremo haluu uidere: qđ si quis ēēt
breuitatē ipsa fieri leuiorem. Diu
turnus. N. ēē dolor non potest qui
magnus est: qđ siquis dolor inest
facillime tollitur si bene mori didi
cerimus. Bene autem moritur qui
in uita philosophatur. Tota. N. phi
losophoꝝ uita: ut aut Cicero: cōmen
tatio mortis est. Nam quid aliud
agimus cum a uoluptatē idest a
corpore & omni negotio segregamus
animum? Quid unquam tum agi
mus nisi animum ad seipsum ad
uocamus: secum ēē cogimus: longe q;
a corpore abducimus? Secernere au
tem a corpore animum nihil aliud
est q̄ emori discere. Quæ causa ig̃r
est si principium: si medium: si fi
nem humanæ uitæ inspexeris: cur
paupertatem detestando diuitias
quæras? Quasi uero comparandū
uiaticum sit: quo postea apud infe

Cicero.

ros nobis sit utendum. Stolidum si
quidem humanum genus est: &
brutis animantibus hac in re dete
rius. Naturæ .N. illa sese commit
tunt: & eo contenta sunt: quod di
es quæq; suggerit. Non negauerim
ego hominibus longe aliter uiuen
dum ẽe q̃ brutis: quippe quibus
alia natura alia uiuendi ratio in
est. Sed hæc immensa habendi
cupiditas humani generis hostis
acerrima omnino certe reiicienda
& detestanda est. Comparari diui
tiæ & opes non possunt sine mul
torũ iniuria: ex quo fit, ut prouin
ciæ nonnunq̃ & ciuitates fundi
tus deleantur: cum ii rapere illi q̃
sua sunt reuocare conantur. Non
est igitur timenda paupertas. Nã
qui ad naturam uiuit, nunq̃ pau
per est: qui ad opinionem: ut aut
Seneca. Seneca: nunq̃ diues. Natura .N.

pas desiderat: opinio uero mul
tum ac propè infinitum. Neq; N.
pauper est qui paucis indig& & par
uo contentus est. Satis est autem
non algere: non exurire: nõ sitim
ultra modum pati. Cibus parcus
famem sedat: potio etiam dilutа
sitim extinguat: uestis frigus arce
at: domus hymbres, æstus, gran
dines, niues, uentosq; propulset.

PLA. Absit ut ego uelim nedum
cupiam diuitias cum aliorũ iniu
ria partas. Semper certe hoc me
um fuit institutum: manus ab
stinentes habere. Atq; utinã her
cle sic me natura á reliquis uitiis
retraxisset: quemadmodum hoc
libens & sponte deuito. Cupere au
tem diuitias honeste & rectè par
tas: quibus possis te ac tuos pascẽ
non ita mihi uidetur á ratione alie
num. RHO. Si ad necessitatem

cupis & non ad affluentiam laudo: nota
sed uereor ne eas tanq̃ uoluptatum
omnium ministras & adiutrices de-
sideres. PLA. Non: ita me deus amet.
Ad quietem potius & liberale otium
diuitias cupio, q̃ ad flagitium &
dedecus. Hoc uel ex mea antead ta-
uita colligere potes: in qua sic uixi
ut nullum mihi insigne facinus
ascribi possit. Sed dic quæso quare
uereri te dixisti, ne ad uoluptatem
respicerem. RHO. Consentaneū
est eum qui ab una perturbatione
uincitur: ab aliis quoq; superari
posse. Ratio nimirū ad omnes af-
fectus diuersis tamen modis eadē
est. Qd si molestia carceris qua ue-
hementer cruciaris: quæq; ad tem
pus est leuare te non potest: multo
minus a uoluptate retrahet: quæ
eadem semper constansq; habetur
in iuuene præsertim. PLA. Exa

cerbasti profecto uulnus nostrum
hac recordatione cuius dolore eram
aliquantulum tuo eleganti ac docto
sermone leuatus. RHO. Vulnus
appellas quod uix pellem perfricu
it? PLA. Pellem inquis? utinā nō
etiam præcordia traiecisset. RHO.
Cupio ex te audire quid incommodi ex carcere patiaris. Incommoda carceris.
PLA. Libertatem amisi: qua quidem sublata
non uideo cur amplius in uita esse
uelim. RHO. Quam appellas liber
tatem? PLA. Potestatem eundi ui
delicet quo uelis: & redeundi un
de digressus sis. RHO. Quid si
hæc non libertas est: sed summa
plerunq; seruitus? Non nitur ad
stupra: ad furtum: ad incendia: ad
rapinas: ad incestus: & ad cætera Libertas.
flagitia? Vtinam uero genus huma
num catenis & compedibus tum re
uinciretur: non uideremus certe

tot mala: quot indies cernimus. PLA-
I tur etiam ad templa: ad phana: in
for: ad amicos officii causa. Hoc si
facere non liceret: non deum certe:
non sanctos ex mandato adoraremus, precaremurq.: non amicis
fraude & iniuria circumuentis
subueniremus: non patriæ uel cõ-
sulendo, uel agendo auxiliaremur:
non ad affines: ad cognatos: ad pa-
rentes ex officio uisendos proficis-
ceremur: non publica & priuata
negotia obiremus. RHO. Duplicẽ
ẽe seriem rer: non ignoras: mali
& boni. Ad malum natura huma-
na inclinata & prona est. Si ad bo-
num itur, id ex mandato summi
dei & ratione fit: quare ad quod
proniores natura sumus: cum id
maxime periculosum sit: ab eo ma-
gis minis & poenis omnibus coer-
ceri debemus. Nam si secus fier&

omnes profecto licentia deteriores
essemus. PLA. Ex te audire cupio
quæ sit uera libertas. RHO. San
cte ac iuste uiuere: multis prodes- Vera libertas
se: neminem lædere: ea demum
est uera libertas: Hac uero quicū
q; est prædius seruus uel captiuus
dici nullo modo potest: etiam si
teterrimo carcere & grauibus ca
tenis detineretur. Cupiditate. N.
& turpitudine non alia ui liber
tate sua priuatur animus. Hinc
illa certe perpetua concertatio in
ter hæc duo contraria oritur: tan
q̄ inter hostes acerrimos: cum uo
luptas trahere in partes suas ap
petitum uiribus omnibus nitatur:
contra uero animus rationi bene
consentaneus: eundem ad se re
ducere & emendare conatur. PLA.
S ut ita sanè ut dicis: multis tamen
commodis priuatur ad bene ui

uendum: qui tanta miseria premi
tur. RHO. Qvæ uero sunt ista cō
moda? PLA. Consuetudine & fa
miliaritate amicoꝝ uti. RHO.
De amicitia. Q vi sunt autem quos amicos uocas?
PLA. Qui æque me diligant ac seipsos.
RHO. Erras Platyna & quidem ue
hementer: si tales amicos hac ætate
habituꝝ te existimas. Quis N. isto
rum fuit quos tibi amicos putas? nō
duco qui sanguinem: sed qui uel mi
nimam quidem fortunaꝝ suarum
partem pro tua salute sponte obtule
rit? PLA. Non si de iniuria mihi
a Paulo illata questus sum redime
re me tanq̄ bello captum alioꝝ pe
cunia debui. RHO. Est ita sane
ut dicis. Quod tua atq; omnium lu
teratoꝝ causa Pius secundus insti
tuerat hic doctoꝝ omnium hostis
rescidit & abrogauit. Gloriæ Pii nō
minus q̄ utilitati tuæ aduersatus.

Sed quis istorũ te inuisit: quis tibi ad uictum & cultum corporis necessaria obtulit? PLA. Primum fieri timor fortasse uetuit. Secundum tua munificentia & liberalitate eis præripuisti ne facerent. Omnia .n. mihi ad traducendam uitam necessaria suggeruntur. RHO. Qualem eum in grauissimis periculis futurũ existimamus qui uel leui timore ab officio remouetur? PLA. Nemo est .n. qui uel in principiis huiuscemodi perturbationum non moueatur.

Ad se uero ubi rediit homo: in officio si uerus est amicus remanẽt. RHO.

Ex hac autem cernere licẽt horũ neminem tibi amicum ẽe: qđ neque ad se neq; ad te adhuc redierit nemo. Vtinam uero fuerint tibi non inimici. Vereor .n. ne sui purgandi causa in te unum fabam omnem ciderint. PLA. Quam fabam? hoc so

lum deferre pauerunt: me acerbe ni
mium (fortasse) questum ēē id mihi
ui ablatum quod ego peanius & in
dustria mea pepereram. Nullum
insigne facinus mihi impingi po
test. Non furtum: non stuprum:
non latrocinium: non incendium:
non prophanatio templor: non
homicidium: non proditio. Hæc au
tem uita ēē ex mea antea acta uita
comprehendi potest. RHO. Res
profecto perinde ac sunt non sem
per accipiuntur. Hoc unum tam
fateare oportet: amicum te nullū
habere. PLA. Fortasse. RHO.
Falsi amici. Quid fortasse? Orestis ne & Pyladis,
atq; aliorū quos poetæ & oratores
laudibus in cælum tollunt: simile
te amicum inuenturum existimas?
Theophrastus. Vera est certe illa Theophrasti sen
tentia, qui præposteré officia per
misceri ab his censet: qui cū ama

uerint iudicant & non amant cum
iudicauerint. Hoc N. sapientis est
proprium qui etiam seipso conten-
tus ẽe ẽ potest: non ut amico carére
uelit: sed si id acciderit ferre æquo
animo sciat & possit. Neq; mea q
dem sententia audiendus est Epi- Epicurus.
curus qui Saluioni obicit quod di-
cat sapientem seipso contentum
ẽe ẽ. Scipionis & Lælii amicitiam
laudo: non eorũ beniuolentiam
quæ cum fortuna stat & cadit. PLA.
NOllem ego tam obstinatos amicos.
RHO. Vtinam quidem inuenias
qui pro libertate tua quadrantem:
nolo dicere aureum numum pol
luceretur. Diffugére omnes passim
ut uides qui te in carcerem conie-
ctum intelligunt: & quos amicos
putabas ingens circa te solitudo i-
dicat. Quid quod ne nomen tuum
quidem efferre audent: ac si Dia-

næ Epheſiæ templum incendiſſes?
PLA. Mihi tamen eſt periucundum eoꝝ conſuetudine frui: loquimur ſimul ad uoluptatem & utilitatem multa: De rebus præterea quæ qſq; legerit audierit commentus fuerit in medium ueri inueniendi gratia confert?
RHO. Si docti: si prudentes: si boni: fateor eoꝝ conſuetudinem tibi iucundam uideri. Verꝝ hæc rara eſt auis: nigróq; ut aut poeta: ſi mullima cygno. Pauci ætate noſtra ſapientiæ ſtudent: qđ eam nullo rem in pretio uident. Prudentiam uero & probitatem tanq̃ duo grauiſſima paupertatis ergaſtula deuitant. qđ cernant diuitias: honores: imperia: magiſtratus poteſtati improborꝝ & imprudentium ſubici. PLA. In omni quidem uirtutum præclariſſimarꝝ ſerie: ut uideo: paucos bonos reperies: pauci

sunt iusti: pauci constantes: pauci co
tinentes: pauci prudentes: pauci sa
pientes ac docti. RHO. Paucos uo
cas: immo fermè nulli sunt. Quis
N. omnium est, qui uel ex alieno ra
pere, uel uoluptate & libidinibus
frui non gaudeat? Quis item adeo
fortis & prudens est: qui non aliqn
timiditate & imprudentia de gra
du deiiciatur? Quis postremo est
ita labor & uigilia patiens, ut re
uel tis uoluptatibus omni uelut do
ctrinam & sapientiam sollicitudi
ne ac studio complecti? PLA. Vn
de istud dic quæso? RHO. Duæ
nobis de ratione uiuendi delibera
tibus uiæ offeruntur: quarum altera
ad uoluptatem, altera ad uirtutem
ducit. Prima uero lata est & pro
na: uoluptatumq; omnium illece
bris undequaq; septa: cuius finis
humani generis calamitas & pr

Rari sunt homi

Deliberatio uiæ

Mali

nicies est. Eo nanq; maxima pars
hominum deuoluitur cupiditati
bus & libidinibus alliec̃ta quibus
inesse ultimum bonor̃ omnium
finem existimat. Hinc infinita ma
la nascantur oportet. Rapinæ ut
habeant ad uoluptatem instrume-
ta. Stupra incestus adulteria ne
tantillatione libidinis careant. Frau
des peruria dolo produtiones ca
lumniæ maledicentiæ ut indole-
tia careant. Stultitia timiditas in
uria malitia ne quid eis ad id qđ
summum bonum falso putant in
uita desit. Tu uero cum humanũ
genus tot improbis dominis & ty
rannis dedecoris ac turpitudinis
obtemperet: miraberis si in cloacã
& præcipitium uitior̃ omnium
deferatur. Secunda autem quæ
Via ad uirtutem ad uirtutem ducit ardua est & aspe
ra: cuius quidem latera confrago

sis rupibus & altissimis scopulis sūt
munita: ne per diuerticula digre
di ab honesto ullo modo liceat. Hæc
nobis uigilias æstus frigora sitim
famem continentiam integritatē
& labores ferē infinitos proponit:
quibus superatis quod paucis admo
dum contingit in arce ueræ con
stantiæ & perpetuæ felicitatis nos
collocat. Vnde certe cum tranquil
litate & otio ea lic& intueri: quæ
nobis quondam durissima uide
bantur. Hac qui proficiscantur, ut
ait Hesiodus poeta, pauci sunt. Su
mus N. nescio quo fato a laboribus
ad libidinem proni. Hinc est au
tem qđ posthabita uirtute squalo
ris & sudoris plena uoluptatem
fuco illecebrarū omnium ornatā
sequimur & amplectimur ferme
omnes. PLA. Philosophantem te
ac differentem profecto libenter

Hesiodus.

audio: qđ in tẽ ẽ summam doctri
nam singularemq; sapientiam in
telligo: Vere in deligendo qui me
ipsum amet: ago ut queo quando
ut uolo non licet: modo ne habeā
quo cum de rebus meis aliquando
loqui possim, ut mecum: æquo ani
mo fero: si non Patroclum & Achil
lem inuenio. RHO. Vtinam non
sæpe de rebus alienis loqueremini.
NAm si deambulatus recreandi ani
mi & corporis gratia: uuus sermo
uester in maledicentia consumi
tur. Hunc absentem carpitis: illū
transeuntem deridetis: ignauum
docto: stolidum prudentia: libidi
nosum continentia: auarum libe
rali falso iudicio sæpe præfertis.
Ad templum si uobis ire contigerit:
quod perraro nisi pluuia: ut aiūt:
ingruerit, fieri solet: non rei diui
næ religiose sancte ac caste uaca

Depraua uita

tis: ut uobis quidem dei mandato
imperatum est: sed aut procamini,
si puellæ & matronæ adsunt: aut
canentem uel legentem sacerdotē
utpotē inepium & rudem lubsanna
tis. Siquem uero intentus orare
uidetis: hominem hypocresi nota
tis. Cogitabundum autem & curis
oppressum: & ob eam rem minus
attentē quod legitur audientē pha
naticum & hereticum appellatis.
I tur in forum iudicale: eo certe ubi
uentum est: non prætoribus: non
iudicibus: non causidicis: non pa
tronis: non clientibus paratus. Qd
plura? nil fermē uidetis cui a uo
bis nota aliqua non inuratur.
Non dico quot mendacia: quot fabel
las ad fallendum & deridendū
fingatis. Domum inde redeuntes
conuiuia ad crapulam & ebrieta
tem celebratis: quibus certe fit ut

ubidine incitati ea flagitia cū ma
gno uestro discrimine committa
tis: quæ ego præ pudore & stoma
cho nominare non audeo. Hæc
autem non ideo tibi a me dicta
sunt Platyna: qđ existimem te mor
bo maledicentiæ & ducacitatis la
borare: sed ut minus moleste fe
ras talium amicorū consuetudi
priuari. Ea enim in te sunt ingenii &
doctrinæ ornamenta: ut tibi ipsi
uel legendo, uel scribendo, aliqđ
memoria dignum possis esse uolu
ptati: & quidem magnæ: cum hu
quos legis iussi tacere taceant. Qđ
certe non idem tibi cum sotis cō
tingeret: qui plerunq; adeo pro
terui & loquaces sunt: ut cum bel
luis malim q̄ cum his uersari.
PLA. Recte sane. At ego talium
uirorū amicitiam ut teterrimā
quandam pestem uitaui semper:

delegiq. quoad fieri potuit qui ea
rundem rerū mecum studiosi es
sent. Illæ autem comessationes
lautæ: quæ libidinum maximarū
fomenta sunt: nunq̃ mihi uel na
tura uel instituto placuerunt. Læ
dere quempiam uel dicto uel fa
cto nisi lacessitus caui semper.

RHO. Serpunt ut nosti contagia.
Difficile siquidem est in pistrino
uersari absq; farinæ contactu.

PLA. Leniuisti tuis uerbis aliquā
tulum hoc desiderium quo ego ar
debam uidendi amicos. non tam
omnino mihi persuaseris ut ma
lim carcere detineri. q̃ quo uelim
& officium meum exuger & abire.

RHO. Quod uocas officium? PLA. Officium boni viri.
Maiores natu & qui in aliquo præ
claro & excelso dignitatis gradu
sunt constituti salutare. & uene
rari æquales diligere & amare.

inferioribus bene consulere: eosdēq;
quibuscunq; rebus possis iuuare: qđ
fieri nisi ab homine libero non pōt.
RHO. Si monstra hominum salutas:
si eos diligis qui uel maximo odio
digni sunt: si illos iuuas qui ita ui
uunt: ut nullum auxilium sint me
riti: officio tē fungēris tum duces: cum
officium sit quicquid hominem de
cet. PLA. Nimium hæc ad uiuū
reflectas Rhoderice. Imbecillitati ho
minum siquidem ignoscendū est.
Non. N. cum bonis semper & plane sa
pientibus uiuitur. Præterea ut illi
meas ineptias plerunq; tolerant:
sic ego uicissim illorū mores & na
turam ferre debeo. RHO. Placet &
mihi hæc tuum de tolerantia respon
sum: duceremq; te iam ad sanitatē
rediisse: si molestiam carceris qua
maxime te perturbari uideo pati
enter & æquo animo ferres. Sed

cum frustra adhuc noster hic sermo
sine ullo emolumento sit consum
ptus: tandem ego te missum faciã.
F unctus sum ut arbitror officio meo:
tu tuum facies si te ipsum ratione
& patientia consolabere. PLATY.
C ruciat me profecto huc tuus dulces
sus. Conspectu enim tuo suauissi
mo & graui recreabar mirifice. Sed
unum te rogo: ut ad me cras: si tibi
per otium liceat: redeas: aut saltẽ
aliquid consolatorie scribas: quo
minus doleam tua dulcissima cõ
suetudine caruisse. RHO. Pri
mum ego tibi affirmare non au
sim: secundum me facturum re
promitto. Apertius enim mecum
epistola loquerere: q̃ adhuc coram
fecisti uerecundia aliqua fortasse
detentus.

LIBER SECVNDVS.



RISTIPPV
PHILOSO
PHVM SO
CRATICV
BEATISSI
ME PATER

Aristippus.

FERVNT ALIQVANDO ad Rhodiensium littus graui naufragio eiectum fuisse: ibiq; dum non sine magna sollicitudine cogitat & quanto in discrimine fuisset uidisse in arena figuras quasdam geometricas: atq; ita ad comites moerore posthabito hilari uultu exclamasse: bene sperandum est: nam & hic quoq; hominum uestigia cernimus. Is Rhodum profectus cum publice in gymnasio docte & acute disputasset & pluribus muneribus donatus esset: quibus & suam & sotiorum inopiam

magna ex parte leniri& Cum ii ue
ro desiderio suor~ redire in patriã
stanuissent rogarentq; Aristippũ
conduct~ tum precio Rhodi mansu
rum nunquid uell& Tum ille
Dicite inquit cuibus meis nullã
maiorem hæreditatem tradi a pa
rentibus filiis posse nullum ma
ius uiaticum quo etiam in naufra
gio sint tuti q~ si eos honestus arti
bus optimisq; disciplinis imbutos
reliquerint Ver~ est certe quod
Theophrastus ait solum ex omĩ
bus doct~ neq; in aliena patria
peregrinum neq; amissis familia
ribus & comitibus carere amicis
posse quos etiam nobis luc& inco
gnitis uirtus ipsa comparat non
pecuniis non opibus non potentia
non armis sed doctrina & cogni
tione rer~ munita Hæc n. sola
quocunq; ierimus nos comitatur

Theophrastus.

nos ducat reducat. In periculis quaq;
ueluti clypeus hostium & aduersa
riorꝫ uenientes in nos ictus propul
sat: ad fortitudinem cohortatur:
doc&q; nil in uita tam graue homi
ni uel calamitoso ee quod ferri co
stanti animo suo adminiculo non
Socrates. possit. Hæc Socrati fortitudinem
in molestia carceris & mortis præ
Regulus. stitit. Hæc patientiam Regulo du
Seneca. cruciaretur a Penis. Hæc Senecæ
Boetius Boetio dum mors eis propneretur
constantiam attulit. Pleni sunt li
bri maiorꝫ exemplis & præceptis
quibus certe ita ad uirtutem ina
mamur ut iam maiora calcharia
Plato. habere non possimus. Omitto Pla
tonis amplitudinem & uim qui
immortalitatem animorꝫ ita ex
pressit & mortem laudauit: ut
Theombrotus. Theombrotus cupiditate æternita
tis lecto Phaedone e moenibus

urbis se in mare præcipitem dede
rit. Illud dico Socratis: Zenonis:
Aristotelis: Ciceronis: Senecæ: Pau
li omniumq; doctorũ nostrorũ præ
cepta ita nos continuo ad uirtutem
animare ut uere: deo ipso excepto:
his magis q̃ parentibus nostris de
beamus. Ab his .N. ut ēemus: ab il
lis ut bene uiueremus accepimus:
q̃q̃ uero & ab ipsis Athenien̄sibus
plurimum laudis parentibus illis
tribueretur: qui curarent ut filii
optimis imbuerentur artibus. Quã
obrem Beatissime pater illis mul
tum me debere profiteor: quorũ ope
ra hac pare eruditionis consecutus
sum. Hac .N. fidelissima comite &
aduitrice fortunis omnibus spolia
tus & molestiam carceris quæ diu
turna fuit & cruciatus pedum ac
brachiorũ: & minas crudelissimo
rum carnificum mea etiam inno

Aristoteles.
Paulus.
Athenienses.

centia fretus constantissime tuli-
A rbitratus id quod est auctoritate
Senecæ comprobatum: Maiori mi
hi laudi hanc calamitatem aliquā
do fore: q̄ illi fuerit sua felicitas li
centia vecandi felicitas diu pot:
cuius arbitrio torquebar & crucia
bar. Venerat tum ad me Theodo
rus Gaza doctrina & moribus p
philosophus insignis: Cuius eru
dito sermone mirifice sum dele
ctatus.

THEODORVS



BINAM ꝙ
EST PLA
TYNA PLA
HEM THEO
DORE QVID
HVC VENI
STI RELICTO GYMNA
sio tuo in quo certe nulla moeroris
nulla calamitatis facies inest THE
V t te uiderem & consolarer quem
ex Rhoderico intellexeram aduer
sam fortunam ferre nullo modo
posse Is. N. ut ab eo accepi totum
hesternum diem ut te consolare
tur frustra insumpsit. Tentare uo
lui possꝫ ne mihi usu uenire qđ
plerisq; medicoꝝ solꝫ qui una ut
leui medicina ægrotos aliosꝝ tam
cura & diligentia bene prius cura
tos plerunq; sanant. Vnde fit ut
ex aliosꝝ industria laudem sibi cū

emolumento pariant. Scio Rhoderi
cum uirum quidem opimum atq;
eruditum nil prætermisisse quod fi
dem tibi hac in re facer&. Verum
plus in uno plerunq; felicitas ual&
q̃ in altero industria & doctrina:
ut de Imperatoribus dici sol&, a
quibus felicitatem magis q̃ rei mi
litaris scientiam desideramus. PLA.
Multum tibi Theodore debeo: qui pro
tua humanitate & gratia me omni
um qui uiuunt miserrimum adi
re consolandi causa uolueris: cum
nulla mea erga te præcesserint me
rita: Rara est profecto hæc mise
ricordia. Gradus .N. nullus ab ho
minibus nostros tempos excogi
tatur nedum fit: in quo spect&ta
utilitas non sit. THEO. Neq; ego
quidem pedem domo efferrem: ni
si mihi propositum præmium uide
rem. Non est fraudandus quispiã

mercede laboris: ne segnes ad res
agendas ingratitudine fiamus. PLA.
Quorsum eas intelligo. Visere infir
mos: solari calamitosos errantes
in uiam rectam deducere: fameli
cos pascere: nudos uestire: præmiū
illud æternum: quærere est nō hoc
fragile & caducum. THEO. Ita
est sane. Sed duc quæso cur in hūc
angulum secesseris? PLA. Vt hor
qui mecum eadem miseria premū
tur eiulatus & querelas uitarem.
Sed mihi certe contigit ut nauigan
tibus in freto Siculo: qui dum Scyl
lam uitare cupiunt: in charybdim
ui tempestatum & procella deferun
tur. Nam cum mecum tacitus mē
te reuoluo: in quantam inciderim
calamitatem: ita plerunq; mente
& animo crucior: ut uitam mihi
acerbam putem. THEO. Credidi
sem ego te profecto ob eruditionē

& doctrinam: utranq; fortunam
constanter & pulcherrime laturū.
S ed quid inter te & hos differat non
uideo: nisi qđ docilitatem quandā
natura tua magis præse fert. Age
uero duc quem uoces calamitosum.
PLA. Omnium miseriarū cumulo
oppressum. THEO. Quas uocas mi
serias? PLA. Inopiā: captiuitatē:
Calamitates. uincula: tormenta: cruciatus: mi
nas: ualitudinem: extorrem do
mo ac patria ēē: & quæ hæc se
quuntur: ut sitim: famem: frigus:
a fratribus: a cognatis: ab amicis
omnibus deseri: & animo ac men
te angi. His certē qui premitur
non uideo quid habeat cur in u
ta ēē uelit. THEO. Nimium te
abicis Platyna. Dic obsecro cur
lutteris te & philosophiæ addixi
sti? PLA. Vt scirem certē. THEO.
Laus philosophy Immo ut constanter & cum uirtu

tē uiueres: Vt. N. ad sananda cor
pora ægrotantium medicina in
uenta est: sic philosophiæ præce
pta illa á sapientibus tradita sunt:
quibus animoꝝ nostroꝝ ægritu
dinibus & perturbationibus mede
remur: quod fieri certē sine doctri
na non potest. Nam ut ager sine
cultura infructuosus est: sic sine
doctrina animus. Cultura autē
animi philosophia est: quæ omni
um artium mater & donum deo
rum: ut aut Plato uitia ē mentibus
hominum radicitus extrahit &
præparat animos ad habitus bo
noꝝ suscipiendos. Hoc unum stu
dium certē liberale est: hoc est ho
mine libero dignum: Cætera ue
ro puſilla & quodammodo pueri
lia sunt. Hæc. N. bonoꝝ malorꝝq;
delectum præstat. Hæc uetat su
perbum ēē: auarum libidinosum:

intemperantem: contumacem: perfi
dum: crudelem: mendacem. Hæc
eadem doce& quid quoq; tempore fit
agendum: quaq; ratione futuris præ
terita sint annecte nda: quod quid
fieri sine cognitione multarū rerū
non potest: quæ merito doctrina
uocatur. PLA. Quid? Philosophari
igitur nil aliud erit: q̄ in carnifi
cina quadam calamitatum omni
um uersari. THEO. Ita sane. PLA.
Hinc fit ut ego parentum meorū stul
titiam mirer: qui me ad studia aī
dispendio etiam rei familiaris: ta
q̄ ad ergastulum miseriarū omni
um misere. THEO. Ad labores q
dem mi Platyna, non ad delicias
nati sumus. In uitam. n. tanq̄ in
theatrū quoddam descendimus:
ubi nobis continuo luctandum
est: nec aliquid de uirtute remit
tendum præmiorū & gloriæ cupi

dis: quæ nobis profectō uitam in
cælo sempiternam parent. Multi
sunt ℵ circunquaq; hostes: multi
latrones: multi crassatores: quibus
omnibus ea professō mentē obui
am est eundum: ut malis fortiter
& constanter mori: q̄ uel turpitu
dini: uel iniquitati: uel ignauiae:
uel timiditati: uel desperationi ce
dere. Legimus heroas Herculē
præcipuē ac Theseum labores sibi
maximos & periculosos in uita de
legisse: quibus certē & gloriæ be
nē de humano genere meriti con
sulerent suæ: & præmium nō fra
gile ac caducum: sed perpetuum
& immortale apud deum consequ
rentur. Nam qui uitiorū agmina
in nos continuo ruentia propulsat:
quiq; spem metum inanem læti
tiam fugat: is deo similis quoad
fieri potest euadit. Contra uero q

uitiis cesserit: quiq; uitam egerit intemperantem & libidinosam. is tandem in præceps deuolutus. uel ignauissimis etiam hostibus triumphum de se cum perpetua ignominia relinquet. His rationi bus parentes tui fortasse moti te ab adolescentia eo misere unde uirtutem & sapientiam reportares arma certe ad expugnandum hu mani generis hostem acerrimu. & in perniciem nostram semper ali quid molientem. PLA. Lic& ne i mihi Theodore libere tecum loqui. THEO. Lic& profecto. PLA. Viden tur mihi deteriores ee condicionis qui docti sunt & contemplatõe rerũ delectantur: q̃ qui rudes & animum raro ad cogitationem re rum traducentes muneribus a natura datis fruuntur: de futuris parũ admodum sollicit. Suo. N.

Conduco doctos.

contentu & paruo. Ii minus senti
unt corporis molestias: ut sitim:
famem: frigus: calorem: laborem
defatigationem: minus etiam an
gores animi & curas: ut spem: me
tum: gaudium: lætitiam: nō quid
sibi conueniat: neq; quid aliis de
beatur multum curantes. At uero
qui liberalibus disciplinis sunt im
buti: contrarias qualitates acutis
sime sentiunt. Est. N. eor subie
ctum delicatius & mollius: & sen
sus habent ad cognitionem rerū
promptissimos. His nempe tanq̄
instrumentis quibusdam animū
contemplatione agitatus continuo
utitur: quibus album á nigro: ama
rum á dulci: frigidum á calido:
concentum ab inconsonantia se
parat. Hac mentis & corporis cō
tinua motione fit: ut miserrimā
uitam agere uideantur. Cum p

sæpe etiam intelligant ius se ludibrio
ẽẽ a quibus honorem mererentur.
Fieri quidem non potest: ut ignarus
& rudis sapientem ac doctum dili
gat & obseruet: cum nihil tam sit
contrarium doctrinæ q̃ insania &
ignoratio. Non dico certe quo do
lore animi angatur: cum uidet
amentem prudenti: intemperan
tem modesto: timidum forti: in
quum iusto: inertem laboriolo: pe
cuniantem prudenti: sceleratũ pio
in honore & emolumentis præfer
ri. Quare fit: ut nonnunq̃ uicem
meam doleam: qd meo marte id
expugnauerim: quod postea mihi
detrimento futurũ ẽẽt. Satius ni
mirũ fuisset quiete uitam agere:
q̃ tanto studio & labore id inuesti
gare quo postea cruciarer adepto.
Rusticos quidem & plebeios ustos cer
nimus qui procul ab omni ambi

tione sunt: quiq; præsentibus qui
buscunq; utuntur: de futuris par
solliciti: solida ac integra habere
corpora uenatu: aucupio: labore exer
citata: quibus postea si opus fuerit:
patriæ ad propulsandos hostes: a
micis ad negotia obeunda: dome
sticis ad ea comparanda quæ usui
hominum sunt accommodata utī
tur. Nos uero studiosa turba: qui
nobis ad uoluptatem ut mihi uide
tur miserias & calamitates confin
gimus & proponimus: adeo sumus
otio & umbra remollita: ac imbeal
les facti: ut quinto quoq; die sumẽ
farmacum in choleram in pituitā
in melancholiam oporteat. Freque
ter. N. laboramus catarrho: later
ac stomaci dolore: podagra: qui q
dem morbi solent ex nimio otio
exoriri: cum corpus exercitatiõe
& labore semoto exudare super

flua non permittitur. Hinc ut ait
Maro. poeta. Subeunt morbi tristisq; se
nectus. Et labor & duræ rapit in
clementia mortis. quibus fit: ut
neq; rei p. neq; nostris ubi & quā
do oportet auxilio ēē possimus.
THEO. Si putarem tē ex animo lo
qui. dicerem id certē tibi contigis
se in alia re tamen. quod Neroni
aiunt. quem accusare disciplinas
solitum ferunt. qđ ab his unde
humanitas continuo fluit crude
lior & immanior sit factus. Ma
Nero. nauit certē inaudita illa & effe
rata immanitas ex insciua potius
& stultitia q̄ ex eruditione & do
ctrina. Fieri siquidem nō potest
ut malum per sē ex bono oriatur
neq; uicissim ex malo bonum. Ma
lum n. ex non bono. & bonum
ex non malo suopte ingenio nasci
uidemus. Legerat ille credo ex

Homero & Marone Troianum in
cendium: ex tragicis crudelitatē
Atrei Herculis Aiacis Athaman
tas furores: Achillis iram & crude
litatem: Vlixis malitiam: Oedipi
incestum: Sinonis fraudem: quæ
omnia a poetis ea mente perscribū
tur: ut legentium animos a uitiis
certe & crudelitate quam ipsi de
testantur remoueant: & ad uir
tutem quam tantopere extollunt
adhortentur. Tota. N. poesis nil
aliud est q̄ laus ipsa uirtutis: pro
inde seipsum immanis illa bellua
& non eruditionem accusare de
buit: quæ bonum meliorem sem
per facit. Malum uero si non po
test in rectam uiam traducere: ut
inutilem a se reiicit. Te uero ex
mente tantummodo loqui existi
mo: ut ex me boni aliquid elicias.
Proposita. N. desperatione arbitra

Homerus.

Atreus.
Hercules.

ris me non nihil medelæ tuæ ægri
tudini statim inuenturæ. Faciam
ego uero tibi hac in re quoad potero
satis. Primum igitur ex te quæro pu
tes ne hanc laendi cupiditatem hu
mano generi frustra innatam esse.
PLA. Minime uero: cum omne qđ
est ad aliquid factum ẽe uideatur.
THEO. Recte te sane: si ita est quæ
rendæ causa inuentam doctrinam pu
tabis. PLA. Eam certe quæ utiles
sunt & necessariæ in uita. THEO.
Quæ sunt utilia & necessaria? PLA.
Parentes iam grandes natu pascere:
filios nutrire: amicis prodesse: iusti
tiam colere: fortitudinem retinere:
modestiam uti: prudentiam sequi: pa
triam quibuscunq; rebus possis iu
uare. Rem familiarem ita procura
re: ut & tuis satisfacere: & in alios
munificus ẽe ac liberalis possis. THE
Est & hoc quidem aliquid quod di

Vtilia in vita.

xisti. Sed alia quædam maior causa
subest: quare tot clarissimæ discipli
næ sint inuentæ: Meministi credo
dicti illius Socratici: quod e cælo
descendisse quasi rem diuinā ferī
bunt poetæ: Cognosce teipsū. PIA.
Meminī. THEO. Cognoscere seipsū
qua ratione quis poterit ni fuerit
disciplinarū omnium sacris initia
tus? Ex his n. unde in lucem uene
ris: & ad quid ueneris: & quo tan
dem rediturus sis aperte intelligis:
quod non faciunt ii qui doctrina
rum & eruditionis expertes: uitā
agunt in terris prope magis bellua
rum q̄ hominum more: quibus
hoc certe a natura datum est: ut eo
mentem persæpe flectant: unde id
habuere: quo a cæteris animanti
bus distarent. Quare non inelegā
ter Naso poeta quid bruus, quid
hominibus conueniret, diuinis il

Dictum Socra
ticum.

Cognitio sui
ipsius

Naso poeta

lis carminibus ostendit. Pronaque
cum spectent animalia cætera terrã
Dignitas hõis O s homini sublime dedit cælumq.
uidere Iussit: & erectos ad sidera
tollere uultus. Primum consider&
homo necesse est quibus ex rebus
constet: quod fieri sine philosophia
non potest. Vnde uirtutis studium
nascatur quod animis medetur ut
Cicero aut Cicero inanes sollicitudines de
trahit: cupiditatibus liberat: pellit
timores. Quare bene a Socrate di
ctum est inter Baulum & Alci
biadem summo loco natum nullã
ee differentiam si uirtus absit. De
inde considerandum est quis sit
autor tot rerũ præclarissimarũ
quot in mundo sunt. Eo quidem
mens nostra nunq̃ conscendet si
ne gradibus mathematicarũ disci
plinarũ. Inde rediens cognita il
lius loci excellentia in quo habi

tant qui dum in uita erant cõte
platione rẽ sunt delectati: quiq;
integre caste ac sanctẽ uixerunt
absterſa omnium flagitiorũ macu
la: ita uirtuti te addicis, ut maxi
mos etiam labores honesti causa ma
gnis uoluptatibus sine controuer
sia anteferendos censeas. Quod pro
fectõ non faceres: nisi plus emolu
menti ex honesta uita sumpturũ
te: q̃ ex flagitiosa & intemperanti
arbitrareris. Non sunt mihi crede
spernenda munera nobis á natu
ra data. Ad cognitionem siquid
rẽ maximarũ & admirabilium
non autem ad otium & segnitiẽ
nati sumus. Eneruari corpora stu
diosorũ nunq̃ ego moleste tulerim
modo animo & mente ad contẽ
mnendam mortem: ad tolerados
dolores & ferendas æquo animo
calamitates: quæ indies humanũ

genus inuadunt: constantes sint & fortes. Hæc est mi Platyna uera fortitudo: non illa gladiatoria: qua plebeios & rusticos in uenatione & aucupio uti dicis. Fortem ego dixerim Socratem: Zenonem: Camillum. M. Regulum: Curium: Fabricium. Catonem: qui neq; minis: neq; tormẽtis: neq; pollicitationibus adduci unq̃ potuerunt: ut a rẽcto & honesto discederent. Non negauerim ego robur corporis ad res agendas q̃ maxime necessarium ẽe. Et ne a Cicerone dissentiam: exercendũ etiam corpus affirmauerim: ut & consilio & rationi possit obedire. Sed omnis nostra cura circa emendationem appetitus & cupiditatũ nostrarũ habenda est: ne si eum uagari latius siuerimus multitudine uoluptatum obruatur animus. Bene agere præterea & philosophãi

Vera fortitudo.

Vere fortes.

tantum iucunditatis in uita affert:
ut docti ac sapientes minus certe
molestè ferant: ignauos & rudes:
tanq̃ reos omnium inopes & minus
uiatici habentes sibi in honore &
fortunæ bonis præferri. Sed ducāt
ii ut Agamemnon apud Homerū
πᾶφέλεοί τε κοὶ ἄλλοι οἳ μὲ τιμη
σουσι μᾶλλιςα δὲ μεῖζετα, Ζεὺς
Virtus. N: ut stoicis placet: sola per se
beatum hominem facit. Qđ autem
studiosos ægritudinum uariarū ag
mine dicis quotidie inuadi solere:
ex te uelim scire cum improbis ne
inducias habeant? Quos certè si di
ligenter animaduertis: utpotè in
temperantes & immodestos frequē
tius cruciant. Sed hoc ideo in his
minus appareᵗ: qđ ignobiles sūt:
qđq; etiam suo merito affligi pu
tantur. Bonis autem qui rari ha
bentur: siquid acciderit, dolemus:

qđ ea calamitate minime dignos
existimamus. Verū ii quoq; uaria
morbōꝝ genera incurrunt: cū qa
& ipsi inæqualitate humorū labo
rant: tum uel maxime qđ postha
bita huius fragilis & caduci corpo
ris nimia cura sese totos ad cul
tum animi transferunt. Malunt
n. castigato corpore cum deo senti
re: q̄ ipsis uoluptatibus cum dede
core & detrimento obtemperare.
Robur illud rusticum contemnunt
& pro nihilo habent qđ animis
nostris ad cognitionem rerū ma
xime sit impedimento. Est n. cor
pus ut Platoni placet: σῆμα τῆς
ψυχῆς: idest sepulchrum & car
cer unde anima per sensus tanq̄
per fenestras rerū naturam con
templatur & cernit. Hoc facilius
nimirū in illis corporibus fit q̄
urbana sunt & ciuiliter enutrita.

Quid sit corpus

NAm molles carne aptos ee mente scribit Aristoteles. Duces fortasse eos minus sentire contrarias qualitates: & ob eam rem minus dolere: Non eo infacias. Minus etiã sentiunt quid honestum sit & qd deceat in uita. Colligeq; te Platina: & bene tecum ac tum puta qd ita institutus sis nihi tecipsum deleris: ut perfacile omnes fortunæ ictus ferre ac propulsare possis. PLA. Quid n. me colligam? qui ita malignitate fortunæ opprimor: ut uix queam respirare? THEO. Quos uocas ictus fortunæ? PLA. Inopiã. captiuitatem. uincula: tormenta: extorrem domo ac patria ee. THEO. Quare inopem quæso te existimas? PLA. Quia omni humana ac diuina ope careo. Nullum est mihi patrimonium & siquid est: id est perexiguum: nulla priuata pecu

Molles carne.

Inopia.

ria. non domus. non supellex. tum
libroꝝ. tum reꝝ utensilium. Rara
uestis & ea quidem attrita. Hinc ori
tur ut nemini carus sim. & quod pe
ius est. ab omnibus ferme irrideat.
Tanto. n. ætate nostra pecuniæ in ho
nore sunt. ut pro monstro habeat.
qui spretis fortunæ bonis. uirtuti
se & cognitioni reꝝ addixerit. Huc
ut phanaticum. ut prophanū con
temnunt. deuitant. inspuunt oms.
Diues. Diuitem uero salutant. comitantur.
reduciunt. circumstant officii cau
sa. THEO. Aut. n. pauper aut in
magnis opibus natus es. si pauper.
nil tibi fortuna abstulit. cum nihil
habueris. Si diues. id suo iure re
petere potuit. quod uel tibi. uel pa
rentibus tuis ad tempus commoda
uerat. Sed quid habeas cur de for
tuna queri possis non uideo. cum
nil tibi in uita adhuc defuerit qd

uel ad necessitatem corporis: uel ad
ingenii cultum pertinet&. Nullum
55 eē tuum patrimonium dicis: Age
dic quæso unde uixisti? Nullam
pecuniam: Vnde tibi necessaria in
uita usq; ad hanc ætatem compara
sti? Nullam domum: Vbi habitasti
sub diuo ne? an sub tecto? Nullam
supellectilem: Non Diogenico more Diogenes.
uixisse te tuus iste nitor urbanus
ostendit. Nullos libros: Vnde lite
ras didicisti? diuinitus ne? Vere
raram: satis est si pluuiam & hym
bres propulsat. Quid? fortunæ ne
debere te plurimum negabis: quæ
ex patrimonio & pecunia aliorum
subtraxit quod tibi condonaret?
Vixisti profecto si uere fateri uis suo
beneficio sine ulla animi molestia.
Diuites & præpotentes: ut Ciceroni Sollicitudo diuite
placet: non solum libidine augen
di ea quæ habent cruciantur: sed

etiam amittendi metu. Fundum
uaq; familiarem qui diligenter co
lant omni cura exquirunt. Gran
dinem intempestum frigus, nimi
am siccitatem uehementes & lon
gos hymbres continuo timent: de
serui furacitate & fuga: de q; rusti
ci negligentia: de boum & pecorum
interitu: de incendio uillæ continuo
sollicui. Si bellum autem exortum
fuerit incursiones hostium ueriti
triste aliquod nuncium semper ex
pectant. Pecuniam magno labore
partam uarijs insidijs ab omnibus
concupitam magno uident esse in
discrimine: siue eam domi custo
dierint: siue alijs fidei commise
rint: cum nec serui, nec filii, nec ci
uusuis alius exploratam habeant
fidem. Expillant nanq; serui: di
lapidant filii: intemperantes ac p
fidi decoquunt atrienses. Domum

inde respicientes eam uel augere/ut
reficere pro dignitate magna impẽ
sa nonnunq; coguntur. Supellectẽ
lem uero domui & diuitiis congru
entem suis uident pernecessariam
ee: hæc emunt/illud permutant.
Multa reficiunt negligentia & stulti
cia seruorũ conquassata & distra
cta. Vestire familiam: pascere ser
uos: enutrire filios magno cum di
spendio coguntur: præsertim si bel
lum & annonæ caritas duo grauis
sima mala ingruerint. Soluere au
tem tributum pendere uectigal
graue & onerosum plerisq; impellũ
tur. Omitto commemorare quot t
periculis continuo caput obiciãt:
cum hunc a latronibus: illum a Pericula diuitum
furibus: multos a seruis domesti
cis plerosq; etiam a coniugibus &
liberis ueneno & ferro interfectos
ob diuitias sciamus. Horũ pericu

lor beneficio fortunæ nullum capiti
tuo immin&. Dormis ad multam
noctem sine cura. Iter quo placet
securus carpis: Legis scribis nec de
tuo nec de alieno sollicitus. PLA.
H ominem pingis Theodore qualem
adhuc uidimus neminem. Qd si
quis est qui se fortiorem in contē
nendis fortunæ bonis ostendat:
eum certe fatebor aliqua ex parte
occultare posse animi secreta: Pau
pertatem uero quam tanopere lau
das, probare ex animo nullo modo
posse. Ego (ut de me loquar) nunq̄
adeo sum curis & sollicitudinibus
uacuus, quin totus a meipso disce
dam, ubi eius mihi in mentem ue
nit: non legere: non scribere quicq̄
possum memoria dignum: quādo
Paupertas. quidem omnia ad uictum neces
saria mihi deesse uideo. Dices sat
scio me tamen usq; ad hanc ætatē

uixisse & si nihil habuerim. At ego arbitror satius ee semel mori q̄ ostia tim panem mendicare. Totiens. N. qui hoc agit iugulatur, si homo est quotiens id ei facere contingit. Quare paupertatem cuiuis laudato: mihi profecto nunq̄ persuadebis: ut eam existimem opulentiae anteferendam ee: cuius uel horrido nomine perexpergefio somno excutior ac totus contremisco: ne ducas me dormire usq; ad multam noctem: & litteris secure operam dare. THEO. Neq; hoc quidem exanimo te loqui putarim unq̄. PLA. Non aliter certe sentio ac dixi. THEO. Quid si tibi probaro, paupertatem diuitiis merito anteferendam & omnium bonorum quae in uita fiunt causam ee? PLA. Age duc quaeso hoc est quod ex te scire cupio. THEO. Artium omnium tam liberalium

Laus pauptatis

q̄ moechanicay inuentrix & auctor
paupertas est. Quis impulit Heraclia
num: Apollonium: Phocam: Apollo
doy: Aristarchum: Palæmonem
artis grammaticæ: Thusiam: Gor
giam: Protagoram: Empedoclem:
Agrigentinum: Alcidamantem: Po
lycratem: Isocratem: Aristotelem:
Theophrastum: Hermagoram: M.
Catonem: M. Tullium rhætoricæ:
Dialectícæ ac Philosophiæ Parmeni
dem: Melissum: Platonem: Socratē:
Aristotelem: Arithmeticæ Hisma
chum: Dinocratem: Geometriæ Ar
chimenidem: Euclydem: Musicæ
Architam: Aristoxenum: Amphyo
nem: Bœtium: Astrologiæ Peridē:
Berosum: Ptolomæum præcepta
tradere? Paupertas. Quis sutorem
suere: architectum ædificare: fabros
deniq; omnium artium exinducta
aliquid agere? Paupertas. Arare

profecto agrum fodere: sarire: inserere: repastinare: & cætera ruris officia nobis obire necesse esset: ni rusticos hoc agere paupertas cogeret.

Præterea domos augeri: uicos componi: respublicas exiguis incrementis conditas labore & ciuium industria excolli uidemus: quod non fieret adeo est humanum genus a labore ad otium & quietem pronum: nisi ad id paupertate impelleretur. Mercatura certe quæ prouinciis & ciuitatibus necessaria est ad importandas exportandasq; res usui hominum accommodatas paupertatis inuentum est. Adire profecto tot labores, tot pericula quot nobis in uita se se offerunt: non facile inuenitur qui uelit nisi coactus.

Militiam pariter reipublicæ necessariam & maximum propugnaculum: qua infinitis propè labo-

ribus & periculis uexamur quis am
plẽctereꝛ nisi id facere cogere
murꝛ Postremo quis deum colerꝛ
quis sanctos si nusq paupertas eetꝛ
Hæc nos religiosos hæc fortes hæc in
dustrios hæc agiles hæc sanos & be
neualentes facit Contra uero diui
tiæ ipsæ homines reddunt intempe
rantes libidinosos inertes segnes pin
gues podagrosos ualitudinarios he
betes ingratos deos atq; hominum
contemptores PLA Adde etiã illud
si placꝛ paupertas reddit homines
fures latrones crassatores peruros
mendaces insidiatores delatores
deos atq; homines spernentes THEO
Hæc profecto non agerꝛ sanctas pau
pertas Ea est N desperatio & stulti
cia quædam PLA Pauptatis nimi
rum consanguinea THEO Desine
Plaryna maledictis paupertatem la
cessere PLA Hanc certe qui laudet

multos: qui uero sequantur paucos
admodum uidi. Verbis tantum ma
gnificas & seueris philosophamur
Theodore opera autem concidimus.
L Ucc& autem cernere ætate nostra mul
titudinem prope infinitam eor& qui
Christi paupertatem & uitam imita
turos se uoto & sacramento pollicita
sunt: Ex his paucos certe inuenies
ueræ paupertatis amatores: & si dili
genter eor& manus obseruaueris: eos
profecto uidebis sub hac paupertа
tis nomine magnas sibi quotidie
parare diuitias. Crebras adeunt mo
rientium hæreditates: fundos: uillas:
umenta ad augendas opes magnis
pretiis emunt & conducunt. In pe
tendo effusi: in erogando uero par
cissimi sunt. Qd si beneficium ali
quod ut ipsi appellant paulo opule
tius uacauerit: quanta ambitione &
cupiditate id petant tu ipse nosti. q

Simulata pauptas

auaræ Babylonis consuetudinem nō
ignoras: quid; huius qui rep. potiun
rapacitatem & habendi sitim etiam
in quauis re minima quotidie uides.
THEO. Eos profectō decet qui aliquo
in precio apud suos censentur: diui
tias & opes sibi congruentes honestē
tamen ac iustē parare: ne contēptui
hominibus sint. PLA. Non ne igr
malum inopia est: quæ ridiculos
(ut aut satyrus) homines facit: eos
etiam qui in magistratu sunt con
stituit? THEO. Hos uero solum nō
etiam priuatos lædit. PLA. Sic ita
sanē ut dicis: tu profectō si huc sis
aliter sentias, ut comici uerbis utar.
Vnum te rogo ne de paupertate uer
bum ullum amplius facias. Audi
re enim nomen qua frequenter op
primor & propē enecor sine magno
mœrore non possum. Ad reliqua
si placet pergamus. THEO. Qui

ingenium tuum non noſſe & ex animo certe te loqui putare. Sed age dic quæſo quid aliud eſt quod te premat. PLA. Captiuitate ut uides ac uinculis crucior. THEO. Quid tibi uero ob tantulam calamitatem accidiſſe putas. PLA. Omni libertate ſpoliatum me uideo qua certe nil poteſt eſſe homini bene inſtituto utilius ac gratius. Quid n. hab& cur in uita eſſe uelit is cui libertas ſublata eſt. Videmus profecto animantia omnia hanc permaxime expetere. Q& ſi cui in uinculis & cauea eſſe contigerit unde possit in libertatem prodire & erumpere. omni conatu experitur & tentat. H ec uero si tanq; munus diuinum bruta mentis & ingenii expertia tantopere expetunt. idem non faciet homo. cui ob dignitatem excellentiæ cuncta animalia parent &

De captiuitate

Cupiditas libertatis

Vera libertas.

obsecuntur. THEO. Homini profecto constanti & forti satis est libertatis animi uti: idest honeste & cum uirtute uiuere: quod fieri etiam in Phalaridis boue: ut ait Epicurus: a quouis homine bene instituto potest. Aerumnosum quidem M. Regulum dum a Penis cruciabatur fuisse dicimus: infelicem uero non dicamus. Idem dici de Catone potest dum in carcerem duceretur: de Socrate: de Seneca dum ad mortem obeundam tyrannorum iussu cogerentur. Idem de Laurentio: Stephano dicendum censeo: ac cæteris martyribus: quorum de numero nonnullos etiam in ipso cruciatu deum hymnis & cantu laudasse intelligimus: qđ post illos cruciatus magnam sibi propositã felicitatem & gloriam cernebant.

PLA. Separas tu quidem ut uideo ærumnosos ab infelicibus. THEO.

Quid ni ærumnosos dicimus calamitatibus oppressos: quod quidem ad corpus & bona fortunæ spectat. Infelices uero eos qui animi morbo aliquo laborant: ut contra felices uocamus: quos animi secundum uirtutem in uita perfecta a ratione nunq̃ discedunt. PLA. Virtutis: ut aut Cicero: laus omnis in actione consistit. THEO. Est uta sane. PLAT. Agere secundum uirtutem quonam modo poterit: qui uinculis & carcere detinetur? Prodeat in publicum necesse est quem liberum uolumus: ut oppressos potentum ui adiuuet. Ignaros doceat: delinquentes castiget: errantes in uiam recta tam perducat: si parentes habeat eos pascat: si filios enutriat: amicis bene consulat: patriam quibuscunq; rebus possit iuuet: tum consulendo: tum magistratus sibi commissos iuste mode-

Aerumnosi.

Infelices.

Actio boni viri

ste constanter obeundo. Arma in hostes si bellum illatum fuerit sumendo: uigilando, cohortando: de uirtute timore & ignauia nil remittendo. Hæc profecto nisi ab homine ingenuo & libero fieri nullo modo possunt. THEO. Ergo senatus ille cuius consilio non manu & opera. Po. Ro. utebatur frustra á Romulo primum institutus: postea á consulibus auctus est: si nil fieri secundum uirtutem potest: nisi ab eo: qui uiribus & corpore integer est: quiq; proficisci quo uelit possit. Minus ne Appium Cæcum: Scipionem ualitudinarium: Catonem senem. ac plerosq; alios uulneribus podagra paralysi stupore membrorum occupatos profuisse rei. p. existimamus: qđ his ægritudinibus grauius etiam q̃ carcere & uinculis premerentur: nõ

Consilia senum.

profect̃o. Sedebat senatus ille augu
stissimus in curia & consilio: qua
ratione totum orbem populus. R.o.
occupar& ostendebat: quo stante r
res. p. illa florentissima imperio re
rum potita est: ubi uero ambitione
& temeritate quorundam cõtemti
& extingui tantum lumen coeptũ
est: imperium illud patr& ac senũ
humeris fundatum & sustentatũ
funditus corruit. PLA. Hæc tua
dicendi copia adeo me certe imuol
uit: ut quæ sentiam libere loqui
mihi non liceat. Vnaquæq; ætas
suum profect̃o munus hab&. Ado
lescentes quor& uita omnis ad uir
tutem dirigenda est: doctrinæ &
eruditioni operam dent oportet.
I uuenes & qui in media ætate con
stituti sunt: agere secundum uir
tutem præceptis & institutis cogu
tur. Senum uero quor& ætas quie

Munera ætatum

tem & labor uacationem emerita
est consulere: docere: admonere pro
prium est. Iuuenem me ēē floren
tis ætatis uides: ad labores: ad ui
gilias: ad negotia satis aptum. Hoc
autem ætatis flore qđ mihi uti nō
liceat uehementer doleo. THEO.
I đ mihi quidem optare uideris qđ
multi omni studio ac diligentia
declinant. Quare id cupias certe
non satis uideo. PLA. Honoris her
de & gloriæ causa: ad quam natu
ra ferimur omnes: sed alius gene
rosior est alio magis. THEO. Neq;
hoc quidem admodum expeten
dum est: cum sine ambitione ac
uitio non fiat. Precari. n. indignos
cogimur & largitione uti: quæ
ex re infinita propē mala nascā
tur oportet: cum ii quoq; in pote
state magistratus sunt, his tantū
eos decernant: qui uel enixius r

Ambitio.

rogare: uel maiore largitione uti cō
sueuerunt. Hanc ob rem fit: ut in
digni bonis anteferantur: & ii q
alius prææē cupiunt spreta modē
stia & æquitatē: ex alieno rapiāt:
fraude vi dolo quod his largian
tur: quoꝝ opera & auxilio magni
in re.p. ēē ꝑcupiunt. Hinc furtū
hinc sacrilegum hinc depeculatus
hinc rapinæ hinc cædes quotidie
nascuntur cum maximo reꝝ pu
blicaꝝ detrimento & interitu. Sīt
nobis exemplo Romani: sint Car
thaginienses: sunt Lacedæmonii:
sint Athenienses. quoꝝ res.p. ma
gnæ illæ quidem ac præclaræ: quæ
nunq̄ finem habituræ uidebāntur
funditus sunt euersæ ciuium am
bitione & auaricia. PLA. Nemo
ergo tua sententia ad magistratus
& res.p. gubernandas accēd & unq̄
& ob eam rem inauria & negligē

Largitio

Infinita mala

tua mœribunt omnia. THEO. Vt
ad sacra sic ad rei p. & magistra
tuum omnium gubernationem ex
piatos homines proficisci uellem si
fieri poss & disciplinis omnibus &
præsertim ciuilis uirtutis scientia
imbutos. quod si fier & felices. ut
aut Plato. res. p. haberemus. Tu uero
si patriam habes huiuscemodi ciui
bus præditam. & si teipsum talem
præstare potes. qualem ciuem res
p. bene instituta requirit. eo ut pro
ficiscare nihil te moror. PLA. Hac
tua seueritate Theodore quemuis
etiam fortem & ciuili disciplina
mediocriter imbutum ad despera
tionem profecto redigeres. Non
n. ut aiunt. magistri nascimur.
paulatim nimirũ crescunt habitus.
& ut non uno ictu. sed crebris in
gens & ualida excaditur quercus.
sic non uno actu studioso. sed plu

ribus ciuilis gubernationis habitus
comparantur. THEO. Ego ut ante
dixi censeo oportere ciues ad capes
senda rei. p. gubernacula profectu
ros: instructos & præmonitos ire
oportere: ne unus multoꝝ detrimẽ
to quod habeat discat. Actum si
quidem esset de nautis omnibus:
si dum fluctibus & procellis agi
tantur: unus aliquis ignarus di
scendi causa ad gubernacula proficisce
retur. PLA. Nunq̃ mihi certe per
suadebis: ut malim in uinculis de
gere: q̃ ad honores & magistratus
capessendos in publicum prodire.
HOc si non contingeret: licet & sal
tem ecclesiastica munera obire.
THEO. Quali uero facilius sic custo
dire a peccatis multoꝝ animos:
q̃ populos in officio ciuili continẽ:
Quanto enim res præstantior est: tanto
maiorem requirit sollicitudinem

Qualis ciuis.

Officium eccl'sia
ſticorum.

nobilitate ſua & excellentia. Animū
præſtabiliorem corpore non negabis:
cum eius forma perfectioq; ſit: abe
unte ſiquidem animo intereat cor
pus neceſſe eſt. Maiore igitur ſapi
entia & doctrina indigę: qui eccle
ſiaſticos honores q̄ qui cauſas deſi
derat. Bene & docte legat oportet:
quod ſine exquiſita grammatica fie
ri non poteſt. Bene præducę qđ abſq;
rhætorica dialectica theologia non
fit: cum perſuadere probare ac re
fellere docere diuinas humanasq;
res neceſſe ſit. Bene cantę quod mu
ſicæ & harmoniæ ſcientiam requirit.
Annum appoſite diuidat: & ieunia
uigilias, dies feſtos & interdictos po
pulo ne per inſciam peccetur indi
cat oportę: hæc ſine arithmetica &
aſtrologia bene fię nunq̄. Poſtremo
uero quod omnium maximum eſt:
maxime q; neceſſarium: hunc quę

sacris preeē uolumus: iustum: modē
stum: continentem: prudentem eē
oportē: neq; aliqua ex parte tanti my
sterii excellentiam & dignitatem
lædat: utq; ei errantes admonere re
prehendere castigare docere libere
liceat: quod profecto non fierē si
in aliis reprehenderē quo ipse me
rito notari & arguiposs. PLATY.
Vtinam quotam partem istorū quae
enumerasti tenerent ii quibus ani
morū nostrorū cura mandata est.
THEO. Non dico ego quales sint: qui
ad sacros ordines quotidie proue
huntur auaricia & cupiditate quo
rundam: sed quales eē oportē. PLA.
Hæc omnia quando uta tibi placē
omittamus. Vnum propnam quod
scio te mihi concessurum. Est. n.
medium quoddam inter sacram
rem & publicam. THEO. Istud cer
te quale sit audire ex te cupio. PLA.

Liceat mihi saltem munera ista aulica quæ officia uocantur obire. THE. Non abnuerim ego in his minus periculi ẽſſe. Difficile tamen eſt in tanta rerũ corruptela mediocritatem tenere: cum non deſint qui munuſculis: pecunia: follicitationibus quẽuis etiam conſtantem corrumpere audeant. PLA. Habẽt unumquodq; officium determinatum præmium quod non eos fugit qui huc ex tota europa negotiorũ cauſa commeant. Vnde fit ut neq; illi decipere, neq; hi decipi ullo modo poſſint. THEO. Vllo modo dicas ac ſi profecto neſcires auaritiam & largitionem duo grauiſſima mala in tanta colluuione hominum poteſtatis habere plurimum. Multi emĩ ſunt qui id impetrare pecunia tentant. quod uel induſtria uel uirtute conſecuturos ſe nullo pacto

Officia aulæ Romanæ.

uident. Ii concurſant orant inſtãt obſecrant blandiuntur palpant circumſtant ducunt reducunt. Muneribus & pecunia plerosq; corrumpunt. Horũ importunitatem effugẽ qui possint pauci admodum inueniuntur: cum omnes ad rem nescio quo fato auidi & proni ſimus. PLA. Qua uoracitate dii immortales in tãta largitione hi debent uti, q huc profect̃o ad explendam auaritiæ ſitim undequaq; uenere. THEO. Conquirunt ubiq; magno ſtudio ſicas faucibus tanq̃ rabidi canes. qs deuorent & quor̃ ſanguinem ſitibundi exugant: proinde ut aliud genus uiuendi tibi deligas probauerim ſemper: cum neq; hoc quidq̃ nequaq̃ ſatis tutum ſit. Conflictari n. cum huiuſcemodi hominibus neq; corrumpi difficillimum quidem mihi uidetur: cum nõ deſint,

Ambitio aulicorũ

Auaricia aulæ

qui te continuo a recta uia retrahere conentur: propositas uoluptatū omnium illecebris: quibus certe ad unum quodq; facinus quis magnum facillime impelluntur. Nam qui ad uoluptates sublato pudore omni impetu fertur: is pecuniam uoluptatum instrumentum, quacunq; ratione potest conquirit: subducit: furatur: subtrahit: expillat: decipit: neq; quicq̄ omittit quod ad pecuniæ studium pertinet. Hanc unā ad sūmum & ultimum bonorū omnium uiam perfectam existimat: cū honores: potentiam: gloriam: dignitatem: uoluptatem pariat. Sed fallūtur miseri. Sola nāq; uirtus ad sūmum bonum uia est. Hæc Platyna ut aliquando frui possis inopiam: captiuitatem: uincula: tormenta: cruciatus: minas: ualitudinem: mortē denique æquo animo feras necesse est. Hi sunt pulueres olympici: hi

Summū bonum

sudores agonales/ quibus post celebrē
uictoriam absterſis felices ac beati t
æuo postea fruuntur sempiterno. PLA.
Est ne hoc illud uiuendi genus quod
mihi paulo antē proponebas? THEO.
Illud sanē. PLA. Non delicias mihi
aut uoluptates proponis. Hoc opus Maro.
hic labor est: pauci quos æquus ama
uit Iupiter: aut ardens euexit ad
æthera uirtus. THEO. Ad hanc fe
licitatem consequendam nil tibi cer
tē deerit si ingenio & industria tua
constanter uti uolueris. PLA. Diui
num profectō nescio quid huic uir
tuti inēē debē/ quam mihi tanto t
studio ad imitandum proponis. Eius
n. uel solo nomine mirifice recreor.
THEO. Hanc si degustaueris Pla
tyna laboribus tē periculis: uincu
lis: tormentis: minis: morti postre
mo honesti causa sponte offeres. PLA.
Fortasse. Sed dic quæso: separas ne

Virtus

Sūmum bonū

uirtute ā sūmo bono. THEO. Quid ni. Est n uirtus ad sūmum bonū uia. PLA. At ego uirtute ipsā summum bonū audieram. THEO. Bonū est non tām summū. Vltimum n bonoꝝ omniū illud est qđ ubi qs adeptus est nil amplius desiderat. PLA. Istud quale sit ex te audire cupio. THEO. Facerem ego id quidē haud grauate si mihi p occupatiōes meas liceret. Cras si potero ad te reuertar. Interim uale: & teipsum ea ratione quā proposui consolare. PLA. Vt redeas te rogo mi Theodore. Non n par me recreasti tuo erudito & eleganti sermone: & spero fore si redieris: ut penitus omni molesti a crastina disputatione me liberes. THEO. Faciā id ego ac lubens. si mihi p otium licebit. Qđ si usq; ad meridiem nō reduero: id ab alio eo due præsertim exquirito.

LIBER TERTIVS



LEXANDER ILLE MACEDO ETIAM ADOLESCENS REGNO POTITVS BEATISSIME PATER NIL ACTV sibi in tanto rerũ fastigio putauit: nisi & philosophos penes se haberet: quorũ consiliis & doctrina uteretur: & historicos ac poetas q eius res gestas æternitati commendarent: Accitas itaq; magnis præmiis ac pollicitationibus philosophis & doctis omnibus: Cum ueniss̃et ad Diogenem illum cynicum: qui spretis omnibus fortunæ bonis dolio pro domo utebatur: sola rerum diuinarũ & humanarũ contemplatione contentus: instaretq; legati ut ad Alexandrum profica

scretur: aut saltem eius dona accipe
ret: utrunq; se facturum renuit. Tu
Alexander nec indignatus quidem
ob talem contumaciam: sumpto egre
gio comitatu ad hominem nudum
& sola contemplatione gaudentem
profiscitur. Salutatus Diogenem
nunquid a se uellet. Hoc tantum in
quit ut abscedas: nec mihi umbrā
facias. In sole. N. nudus apricabatur.
Indignantibus autem qui tum ade
rant qd nec Regi assurrexisset: nec
eos pluris q̄ umbras hominum fecis
set: Ita rex inquit. Non est cur Dioge
nem contemnatis. Nisi. N. Alexan
der ēem personam Diogenis subire
non recusarem. Arbitratus philoso
phum ipsum secundum a se princi
pem orbis terrarū locum obtinere: nec
immerito quidem. Didicerat credo
a præceptore Aristotele contemplan
tes diuinam in terris uitam agere:

Eos N. feliciores putauit & deo amicis
simos ēē qui mentem á sensibus reuo
cantes diuinam intuerentur quoad
fieri poss& naturam: q̄ qui rebus hu
manis immersi ad bone ipsa delect&
rentur. Cum N. disciplinas omnes
& inuenta philosophor& laudass&
Plato tres illas poasimum commen
dauit: quæ nobis per contemplationē
ostendunt: quæ sit rer& omniū na
tura: qualis homo: & quem locum i
mundo teneat: & an deo res huma
næ cordi sint: Quam quidem cogni
tionem physicen appellauit: huic
addidit mathematicen quam py
thagorici gradum optimum ad co
gnitionem rer& diuinar& putarunt:
cum ab humanis ad diuina fieri t
transitus sine theologia non possit.
Hæc N. platonicæ diuisionis pars ulti
ma primar& causar& altissimar& q;
notionem hominibus quoad fieri

Plato.

Lactantius.

potest præstat. Nam arcana summi
dei ut ait Lactantius: qui fecit oīa
ingenio ac propriis sensibus integrē
comprehendi non possunt: alioquin
nihil inter deum hominemq; distā
ret: si consilia & dispositiones illi
us maiestatis æternæ cogitatio asse
queretur humana. Cum hæc itaq;
in tanta calamitatē Beatissime pa
ter mecum ipse reputarem: Super
uenit. M. Valerius Viterbiensis
philosopus insignis & physicus
singularis mei uisendi causa: nā
& animi & corporis medicina tum
indigebam: qui certē non prius a
me discessit q̄ fatērer optimis ra
tionibus uērus summam felicita
tem in deo esse: quam adipisci ne
mo unq̄ poterit, nisi spretis fortu
næ bonis repressisq; cupiditatibus
omnibus & perturbationibus con
templationi rerū diuinarū se se

addixerit: vt ille Diogenes: uel me
lius, ut sancti religionis nostrae
penè omnes fecere. Existimantes
hac una ratione falsi ac ueri boni
quod nunc quærimus cognitionē
haberi possè. τέλος ἀγαθῶν μόναλος

M·VALERIVS·



RCEM PRO
FECTO NE
QVE MVNI
CIOREM
HAC NEC
MAGIS PON
TIFICI[illegible] DIGNITATI
conuenientem usq; uidisse me memi
ni. Est n. apte posita: & ad propul
sandam vim externor hostium: &
continendos in officio ciues. Luc& Ha
driani Imperatoris longe alia sentē
tia fuerit. Is n. Helior cineres & os
sa conseruari hac mole uoluit: nō
uiuor carcerem & ergastulum fie
ri: Sed ita fit quod ad rem unam
quæsitum est in alios usus persæpe
conuertitur. Hi uero ut eor uultus
& impexa ac promissa barba osten
dit captiui ee uidentur: Atq; inter
hos fortasse noster erit Platyna.

quem minus constanter ferre aduer
sam fortunam intellexi. PLA. Nō
est cur fortasse dicas: nosti ingeni
um Pauli Pontificis: nosti pertina
ciam: non uta propere quos capit &
in carcerem etiam ob leuem suspicio
nem trudit: dimittere sol&. Ob hoc
credo ut aut nil a se temere fac tū
uulgo ostendat: aut ne illatam in
uriam queri uel propulsare quisq̄
possit: quod certe timidi & abiecti
animi est. M. O noster Platyna sal
ue. Sed quid ita mœstus & cogita
bundus iaces? PLA. Rogas: quasi
nescias qui in uinculis & carcere
detinentur eos continuo mœrore af
fici. M. Qui in carcerem truduntur:
aut iuste aut indigne hanc pœnā
subeunt: si iuste: cum carcer ad co
ercenda hominum flagitia & petu
lantiam sit inuentus: necesse est eos,
quibus hac pœna affligi contigerit:

id æquiore animo ferre. Nam q ma
uestatem læduit qui leges contemnit
qui principum decretis honestus e
præsertim non obtemperat: is sua &
aliorꝝ causa merito puniendus est.
S ua profecto, quia si dum in uita
est: ei subterfugere poenam huma
narꝝ legum contigerit: grauius sup
plicium post mortem & atrocius ex
diuina iustitia continuo est passu
rus. Aliorꝝ uero ut cæteris exẽplo
sit, ne tale aliquid in uita agant, q
deinceps poena carceris sint punien
di. Sin iniuste cum nulla cõmissi
criminis conscientia subsit eo æqo
re animo ferre debes, qd in futurꝝ
delicias dei benignitate sis conse
cuturus. Chrysostomo teste: quid
quid inquit a quouis hominum
iniuria passi fuerimus: id agit di
uina iustitia ut peccata nostra de
leantur: aut amplior fiat merce

Chrysostomus

dis retributio. Necesse utraq; est ut& lib& acceperis teipsum consolari: & deo maximo gratias agere: qui certe non sine causa uoluit te hac molestia affligi. Spero. N. hanc præsentis breuisq; doloris umbram & magnam uoluptatem tibi deinceps allaturam. Nam qui aliquid iniuste patitur: quiq; tyrannicam sæuitiam æquo animo fert. is postea & deo & hominibus carior est profecto ac gratior cum fortitudinis & constantiæ laudem præferat.

PLA. Non dubito fore quin hanc & laudem sim consecuturus si corporis nostri ualitudinem qua iam diu crucior: & animi morbos quibus angor curare uolueris ob acceptum incommodum. M. Quo incommodo quæso afflictatus es?

PLA. Num uides in pedibus ulcera ob magnitudinem compedum re-

crudescentia: Exesa est caro: elusi ner
ui: atq; ossa contusa sunt. Præterea
uero ne ulla ex parte intactus a for
tunæ ictibus dici possim: quod ego
mihi apud Pium Pontificem indu
stria, labore, pecuniis denique compa
raueram: huc ob auaritiam & largi
tionem nolo dicere libidinem alie
ni cupidus me uita prope ac fortu
nis omnibus spoliauit. M. Ob tantu
lam rem ergo tanto moerore affice
ris? PLA. Non ob hanc solum pro
fecto: uer. etiam propter alia gra
uiora: quæ hanc, ut in malis fieri
consueuit, secutæ sunt. M. Mitte q̃
so has querelas ne mulieri quidem
conuenientes, & de nobis bene spera
qui huc uenimus ut corporis & ani
mi tui ægritudinem leuaremus qua
re laborare, & quidem grauiter intel
lexeramus. Sed primum dic quæso
quid causæ est qd ita cogitabundus

ac pene stupidus taces. PLA. Dicam certe & breuiter. Ab his .N. qui philosophi appellantur nihil uideo constanter dictum. Vt .N. cæteros omittam qui de hac re scripsere ab academicis a peripateticis didiceram uirtutē ēē summum bonum. M. Est id quidem summum bonum humanum. & uia optima ad illud diuinum qđ omnes appetunt. Hinc fit ut felicitas in actionem contemplationemq; diuidatur. Actio .N. iuste: fortiter: modeste: prudenter agendo comparatē: non uno quidem: sed pluribus & frequentatis actibus. ut Aristoteli placet: in uita perfecta. Contemplationem uero acquirimus, cum mentē a sensibus atq; ab his terrenis cupiditatibus ad cognitionem rerū diuinarū & admirabilium crebro reuocamus. Sed unde rogo hoc tibi nūc in mentem uenit. PLA. Fuit heri

mecum Theodorus noster mei conso
landi causa. Is. N. collaudato uehe
menter summo bono: effecit ut mi
serias æquiore animo q̃ antea fer
rem: & animum oppressum curis
ab his aliquantulum ad cognitionẽ
ueræ beatitudinis traducerem. Sed
mihi in hoc accidit ut famelicis in
magna rei penuria solẽt: quibus
leni quidem prægustatione conci
tata appetentia maior subortur
fames. Incendit siquidem me ue
hementer Theodorus ad cognitio
nem huius ueri boni: & incensum
in medio cursu (ut aiunt) destitu
it. Hoc ne perficer& retrahi se oc
cupationibus quibusdam dicebat.
Rogatus a me hodie tamen redditu
sẽ repromisit: quod nondum fecit
nec facturum eum spero. Iam N.
ad uesperam sol inclinat. Qd si nõ
ante meridiem uenisset hoc ut ab

alio peterem me admonuit. Melius
autem q̃ tu qui mihi hac in re face
satis possit cognosco neminem: cui
in te sit uirtus & doctrina prope
singularis: Hoc onus te subterfugi
as mea causa te rogo M. Onus pro
fecto est: & atlanticis aut hercule
is humeris dignum. Explicari. N.
naturam diuinam nisi a philoso
pho excellentis ingenii & doctri
næ posse nullo modo uideo: sed ro
gatus tibi certe negare non possum:
quod etiam ex instituto cogerer &
professione sponte facere: si in me
illud ingenii lumen ea doctrina
inesset quam tu opinione fortasse
uana de me finxisti. PLA. Nil de
te mihi persuasi Marce: quod tu re
ipsa præstare facillime non possis.
A ge uero inuocata urania dic aliqd
te & tua sapientia dignum. M. Ab
sit ut ego in tanta re figmentis r

poetarū utar. Tu si ea quæ ducam intel
ligere uis ab omni pœsi animū pror
sus reuocato: non hæc theatri non
scenæ plausum: sed ingenii uim &
acumen requirunt. PLA. Faciam
ut iubes. M. Qui reponere nouum me
rum uolunt: uasa prius diluant ne
cesse est: ne tetro fœculenti ac mar
cescentis uini odore nouum inficia
tur. Idem quoq; mihi faciendum
est. Proposita n. falsa bonorū specie
eademq; tuo consensu confutata:
tibi non ita multo post ueri boni san
ctissimam imaginem ante oculos
ponam: qua uisa certo scio te ab il
lis aliquando concupitis ad hæc ani
mum statim traductura. De bono
quod omnia appetunt: uariæ philo
sophorū extant sententiæ. Fuere
n. qui spretis rebus omnibus uir
tutem solum ēē bonum dicerent:
qđ ei in quo uirtus ēēt nil deesse

ad bene ac beate uiuendum affirma
rent: Hi stoici sunt appellati: quor princeps Zeno habitus est. Inuen
ti sunt item qui summum bonum uirtutem ipsam & non solum ut stoicis placebat multis rationibus probare nitterentur: Hi uero sūmū bonum dicentes non excludebant a serie boni diuitias potentiā glo
riam bonam ualitudinem: & quæ tum corporis: tum fortunæ bona uul
gus existimat: qđ qui secundum uirtutem agit his ad magnificen
tiam ad liberalitatem ad fortitu
dinem & constantiam indigeret:
H os quidem peripateticos non mul
tum ab academicis dissidentes ap
pellarunt qđ inambulantes dispu
tarent: Huius uero sectæ Aristo
teles auctor & princeps est habi
tus. Fuere præterea qui frui bonis
a natura datis: nec ullum admini

Stoici

Peripatetici

culum foris ad commoditatem uitæ
quærere solum bonum ẽe ducerent.
Hi uel qđ aperte in delinquentes cla
marent: uel naturali desiderio mo
ti in foro in uia / commoda sua pu
Cynici dori anteferrent: Cynici merito sũ
dicti. Κύων. N. græci canem uocat
Hi Diogenem auctorem habuere.
Non defuere postremo qui in uolupta
tibus bonum reponerent: hi dolorẽ
ut summum malorũ omnium fu
gientes uoluptatem summo studio
amplectebantur: qđ ea felices ho
Epicurei mines fieri putarent. Epicurei hi
sunt appellati a primo tam inepte
opinionis auctore. Aristonis au
tem & Herilli sententias ab omni
bus iampridem explosas omitta
mus: In scientia. N. summum bo
num collocabant. Hi uero & eorũ
familiæ quasi somniantes ueram
felicitatem inuestigare sunt ausi

quibus omnibus accidit quod saqu
tantibus solet: Proponitur n signū
quo parati certare sagittam inten
dant: Tabulatum magno studio fe
riunt multi: sed qui medium illud
omnino attingat in quo uictoriae
spes omnis reponitur nemo unus
inuenitur: Datur tamen præmiū
ei qui ad signum accessit magis:
quasi sit cæteris saqutandi arte p
stantior: Idem contigisse hus phi
losophis dici potest. Accedit ad bo
nor finem alius alio magis: sed
qui liquido (erroris credo nebula)
uer bonum inuenerit nullus ad
huc inuentus est: Veritati tamen
stoici appropinquare magis uisi
sunt: qui in uirtute quae ad felici
tatem uia est: solum bonum collo
carunt: Sed cum uia Athenas &
Athenae non idem sunt: sit quoq;
nec uia ad bonum & bonum idem

erunt. Atqui uirtutem ee uiam ad felicitatem ex hoc deprehendi potest. qd eos tantum beatos dicimus, qui spretis cupiditatibus omnibus iuste prudenter caste constanter uixerūt. his quasi semitis quibusdam in cælum profectos. PLA. Dic quæso Marce separas ne felicitatem a uero bono? M. Minime quidem: Idem n. felicitas est & summum bonum. PLA. Perge. Confundebar aliquantulum in mutatione uocabulorū. Rogalo ego te interdicendum ni moleste fers ubi huiuscemodi ambiguitate traduci uideor: ne quod dicis aperte intelligam. Habē. n. hæc doctrina: ut arcana est ita etiam uocabula & locos a communi consuetudine nonnihil semotos. M. Moleste ferrem si cognoscerem te uel modestia uel pudore retineri, quominus ex me quod ad cognitionem

tantæ rei pertinæ salutarere. Docen
ti certe nihil est acerbius q̃ uidere
rem perinde ac ipse doc& ab audito
ribus non percapi. Proinde me quo
uens placebit interrogato: ne frustra
tantum laborem suscepisse uideamur.
Virtutem præterea & summum bonũ
non idem ẽe ex hoc comprehendi
potest. qđ illa actibus humanis co
paratur ad felicitatem. Hoc uero ad
quod omnia quæ in mundo fiunt
referuntur a deo per seipsum bonũ
est: ut ab eo totius felicitatis integri
tas petatur: ne quærendum sit ex
trinsecus quod tantam potentiam
tamq; diuinam efficiat. Postremo
qui solum dicit nil sibi relinquit
quod præterea bonum dici possit.
quo quid excogitari potest absurdi
us? cum in deo summam ac singu
larem potestatem uideamus bonor
omnium copia refertam. Qđ sicui

De deo.

uniuersis nomen est attribuendum di
uina potentia id tantum sibi uen
dicabit: ne dicant uirtutem solū
bonum appellari. Duo sola bona
a se inuicem dissidentia: non appel
latio solum nominis: sed etiam res
ipsa dicit uetat: cum eius naturæ
unum non sit: cuius alterū ee de
prehendimus. Virtus. n. celebris
ac clara sine actione humana ee
nullo modo potest: Cuius certe la
us omnis in actione hominis cō
sistat. At deus bonoꝝ omnium
fons: uera/ simplex/ sincera q; feli
citas est: nec certe cuiuspiam actio
ne & administratio ad sui ipsius in
tegritatem eo& Vnde merito ipsū
& non aliud quippiam solum bo
num appellabimus: cum in eo su
ma sint omnia: infinita potentia:
singularis sapientia: æterna glo
ria: Non igitur solum bonum/

Summum bonū.

nec summum: ut peripatetici pla
cuit: uirtus est: quoꝝ ea certe fuit
opinio: ut diuitiæ/ potentia digni
tas/ gloria/ corporis robur in nume
ro etiam bonoꝝ haberentur. Diui — Diuitiae
tias ℵ non solum ut nullius rei
indigerent: sed ad magnificentiã/
& liberalitatem/ ad copias/ ad opes
requirere uidebantur: ut multis
gratificarentur. Potentiam uero: — Potentia.
ut rebus suis publicis cum impe
rio & potestate præẽssent. Dignita — Dignitas.
tem ideo expetendam ducebant.
qđ ea celeberrimum quenq; apud
ciues suos faciat. Gloriam qua nõ — Gloria.
non apud suos modo: sed etiam
apud exteras gentes & nationes
clarissimum nomen consequeren
tur. Corporis robur/ quo cæteris ua — Robur corporis.
lentiores haberentur. Vxorẽ quoq;/
liberos/ amicos nobilitatem auram/
popularem pulchritudinem/ uelo

citatem & cætera id genus summi bo
ni & non fortunæ membra ducebant
quos certe ratio ipsa uehementer im
probat. Primum qui fieri potest ut
diuitiæ bona sint? Bonum n. sua na
tura tale est: ut extorqueri a posses
sore quauis arte & industria non pos
sit. Atqui diuitiarum membra ita mu
tabilia sunt: ut leni uento facillime
huc atq; illuc impellantur: unde nō
incongrue pilæ loco his fortuna uti
ditur: quo nil potest esse bono magis
contrarium: cuius ea natura est: ut
semper eodem modo se se habeat.
Non igitur diuitiæ bona sunt. Quid
qd etiam longe alium fortiuntur fi
nem q̄ quo ab hominibus deside
rantur. Ad tollendam siquidem
indigentiam omnem expeti uiden
tur: sed tantum abest ut id efficiāt:
ut etiam ardentiorem sitim possi
dentibus excitent: quæ nō ex inopia

Diuitiae.

sed ex magna copia oriri uidetur.

Auaricia Cicero

Quanto ꝑ quis plura hab& tanto plu
ribus indig&. Neq; solum ut ait Ci
cero libidine augendi ea quæ habent
cruciantur: sed etiam amittendi me
tu. Furum profect̃o latronum cras
sator̃ impetum continuo pertime
scunt. Nec dici certe potest: eos sitim
famem frigus: quator̃ rer̃ causa pe
cuniæ tanto studio comparantur
magis q̃ pauperes & inopes sedare.
Ea siquidem habendi cupiditate fe
runtur: ut inediam frigora sitim
ac uehementes æstus usq; ad nec̃e
plerunq; patiantur. Hab& præte
rea uer̃ bonum modum quendam
in se finitum & determinatũ: quo
quidem adepto ac si in portu esse
mus nulla amplius cupiditate ia
&tamur. In pecunia uero nullus mo
dus. nulla satietas est. unde fit ut
eius studiosi continua sollicitudine

anganur. Postremo si diuitiæ bo
na ẽẽnt: unumquenq; possidentẽ
meliorem profectõ facerent. Talis
est. N. natura boni: ut eos penes quos
habitat reddat præstantiores. At
contra usu uenire cernimus. Diui
tes. N. iniustos: intemperantes: men
daces: fallaces: uiolentos: libidino
sos: parricidas: flagitiosos ut pluri
mum uidemus: qđ secum totius
libidinis & intemperantiæ instru
menta ferant. Quare diuitiæ nec
bona dica: nec in serie boni colloca
ri ullo modo debent: quæ certe qa
fragiles sunt & caducæ: & quia
comparari sine multoꝝ iniuria
non possunt: tanq̃ teterrima quæ
dam pestis sunt fugiendæ. Con
tenti. N. nostro & paruo ẽẽ debe
mus: cum natura paucis ali ac
foueri possit. Quare fit ut satis
mirari non possim istoꝝ stultitiã,

qui non secus diuitiis & pecuniæ
studerent ac si his etiam post mor
tem uti ēēnt. Potentia similiter
quid in se habeat quod certe non
fugiendum potius q̄ expetendum
sit minime uideo: cum eam insi
diis: proditioni: periculis omni
bus subiectam cernamus. ~~Plena~~
~~sunt~~ Eoꝝ exemplis, plena sunt scri
ptoꝝ monimenta qui uitam &
imperium cum morte permutarūt.
Vt de Croeso: Cyro: Xerxe: Dario:
Alexandro: Pompeio: Cæsare legi
mus: quoꝝ potentiæ nequaq̄ tan
tæ fuere: ut eos a morte & interi
tu liberarent. Bonum siquidem
potentia non est: cum sine mul to
rum iniuria comparari ac retine
ri nequeat. Atqui ex bono melius
semper nascatur oportet: quod po
tentiæ omnino non contingit: ut
Pisistrati: Phalaridis: Dionysii: Tar

Potentia.

quinii. Neronis tyrannides ostendit.

Potentia iquit bonum dici nullo modo potest. Erunt fortasse qui potentum uitam securiorem existiment: qđ magnam satellitum vim ad custodiam corporis habeant: quos quidē ego omnium hominum infelicissimos ac stolidissimos puto: qđ eos etiam mercede conducant: á quibus persæpe incauti opprimuntur: ut certē de multis legitur qui uel familiarium insidijs: uel prætoriarum militum vi & fraude periēre.

Ambitio

Quid qđ ambitione & timore duobus maximis malis continuo cruciantur? cum uel incrementum potentiæ cupiunt: uel impendentem ruinam uitare studiosissime laborant: ut Damoclis fella indicat. Possum ego multorum exempla commemorare qui magistratum depposuere: qq. deponere potentiam & tyrannidē

uoluissent: si eis per iniurias pluri
bus illatas id facere licuiss&: quod
certe ab his nunq; concupitum duce
remus: si in potentia summum ee
bonum deprehendissent: ut de Syl
la legimus: qui dictaturam summu
in re. p. magistratum post longas bel
lor ciuilium afflictationes & cu
ras persuadentibus amicis quibus
dam deposuit priuatus ut altum
dormir&. Hoc quoq; malum non
latuit. C. Cæsarem quem uel rei. p.
componendæ causa: uel nimia am
bitio eo tandem perduxit: ut uita
cum potentia & imperio amitter&.
Eadem ferme de honoribus & digni
tatibus dici possunt: quæ si uirtu
te & non ambitione ac largitione
quærerentur in uita ciuili non re
prehenderemus: Sed neq; hæc qui
dem bona debent appellari: cui im
probos sæpe ac dementes in magistra

Sylla

C. Cæsar

Dignitas

Magistratus.

Appius Decemuir.

Gracchi
Saturninus.
Sp. Melius.

C. Marius.

ubus constituos uideamus: nec ab
improbitate & stultitia sua boni di
gnitate & præsentia dimoueri unq̃
posse. Nam ut malo contagione qua
dam malos fieri ducimus: sic bono
meliores effici necesse est. Ver& tan
tum abest ut bonos magistratus fa
ciant: ut etiam plerosq; ad suprema
sæuitiem, libidinem & auaritiam
perduxerint: ut de Appio illo De
cemuiro qui Virginiam Virginii
filiam ob magistratum & potentiã
stuprare est ausus. Quid uero egę
rint duo Gracchi: Quid Saturninus.
Quid Spurius Melius: Quid Clodius:
Quid pleriq; alii apud Romanos in
magistratibus constituti. ex rebus
eor& gestis facillime deprehendimus.
Taceo C. Marii licentiam: L. Syllae
sæuitiem: Verris auaritiam: C. Cæ
saris dominatum: M. Antonii libidi
nem: Tiberii Claudii: C. Caliqulae:

Neronis crudelitatem & rabiem. Hi & si natura mali erant adepti tam magistratibus licentia, pessimi sunt facti: quod eis nunq; contigisset si honores per se in bonor. numero haberi merentur. Soleo ego mecū plerunq; cogitare unde tanta stultitia hominibus insit: ut id magno precio nonnunq; parent: quo adepto ut ludibrio sint omnibus: uel in magnas calamitates persæpe incurrant. Vt Nouius ille Catulli, quem strummā non hominem in curruli sedentem legimus. Quid est Catulle cur moraris emori: Sella in curruli struma sed& Nouius. Idem poeta nescio qs de Ventidio Basso: Accurrite omnes augures aruspicesq; Monstrum inusitatum conflatum est recens. Nam mulos qui fricabat consul factus est. Nostra quoq; ætate uidemus plerisq; honores tum prophanos, tum

Nouius.

Ventidius.

sacros dedecori ac turpitudini ee: cum
uel ignaui sint uel indocti: uel rer
humanar imperiti habeantur. Satius
nimir fuiss& hos priuate uiuere q
eo uelle conscendere: ubi tanq in spe
cula quadam ab omnibus ignominia
& socordia notarentur. Varro. Nota est Var
ronis plebeii hominis audacia & stul
tacia: qui consulatum onus quidem
nequaq humeris suis conueniens: co
tra patr consensum adeptus ad Can
nas cum Hannibale Karthaginien
sium duce confligere est ausus: quo
in prælio ad quinquaginta milia Ro
manor Varronis stultacia cæsa tra
M. Crassus. duntur. Idem de M. Crasso: de q;
Varus. Quintilio Varo dici potest: qui pecu
nia & ambitione uiam sibi ad igno
miniosam mortem fecere. Alter N.
bello Parthico: Alter bello Germani
co cum uniuerso exercitu interiit.
O muto commemorare quot homini

bus præclaris exilium ac perniciem
concupita magistratus iam pepererit.
Vt. M. Camillo. CN. Coriolano. Cinci — Camillus.
nato. Scipioni apud Romanos. Solo — Coriolanus.
ni. Alcybiadi. Themistocli apud Athe — Scipio.
nienses. Hannibali apud Carthagi — Solon.
nienses. bonum itaq; magistratus & — Hannibal.
honores non sunt. cum bonis plerq;
oblint ac magnæ calamitati sint. Glo
ria uero quam tanto studio requirũt
ii qui inuita & morte laudari cupi
unt quid in se boni habeat certe nõ
uideo. cum non eadem semper sit.
Fallax nanq; est & ad inflandas ho — Gloria.
minum mentes aures q; permulcen
das tantummodo uidetur inuenta.
Quid quod nonnullos hominum eo
insaniæ uulgi opinione perducit.
ut nil de se prædicari posse existi
ment. quod ipsi industria & uirtu
te sua cum sint omnium ignauissi
mi præstare non possint. quos qui

dem detractō aliquando errore pro
prijs laudibus erubescere necesse
est: cum cernant se eō cupiditatē
gloriæ profectos unde digredi sine
dedecore & ignominia non possint.
Esto: Magnitudine rērū gestārū & nō
paruis meritis sit acquisita. Quid
boni: viro sapienti ac forti affert?
qui non in oculis leuissimi uulgi
sed in conscientia tantum rectē fa
ctorū suorū merita reponi delide
rat. Vide quæso quanta stultitia fe
ramur in uita. Sunt qui ita gloriæ
studeant, ut celebritatē & fama nil
putent ēē melius. Non abnuerim
ego hanc expetendam uideri si per
omnes gentes & nationes extendi
posset. Verū cum id fieri adhibita
etiam omni studio non uident. cūq;
ciuibus suis uix se notos intelligūt
fit ut ex hoc quod summum bonū
putabant in grauissimos animi

dolores cum ignominia recidant: quibus eos infelicissimos fieri constat: cum inspiciant se tot labores tot uigilias frustra sumpsisse: quare melius cum his agitur qui in deo gloriam omnem suam collocant: in quo certe summa felicitas ac perfecta gloria reposita est. Dicere autem ex re imperfecta beatum ac felicem hominem fieri absurdum mihi sane uidetur: cum beatitudo ex summo ac perfecto bono nascatur. At gloria uel quæ non eadem est apud omnes uel quæ opinione in sinistram famam quandoq; uertatur: adeo est manca & debilis ut celebrem hominem in gloriam mutata sententia quæpiam reddat. Eius N. maxima pars fortunæ subiecta est: qua nil uolubilius nil deniq; fallacius dici potest.

Nam quos in cælum usq; summo fauore gloria & fama peruexit: eos

plerunq; mutata opinione ita deprimit
ut nil unq̃ commercii cum ipsa gloria
habuisse uideantur. Sed dic quæso
quid dignitatis in se potest habere glo
ria: quæ tota pendet ex arbitrio imp̃
ritæ multitudinis: cuius ea certe na
tura est illos tantum laudibus extol
lere, quibus fortunam uiderit arride-
A duerit uero siquid acciderit quod fie
ri crebro uidemus: quos antea sapien
tes fortes prudentes appellauerat: eos
demum mutata sententia stolidos,
imprudentes timidos reiiciendos &
contemnendos ducat. Non igitur glo
ria bonum est: quæ non uero iudicio
sed stultitia & uoluntate hominum
excitatur ac deprimitur. Ess& ali
quid si a uiris bonis & plane sapiẽ
tibus laudaremur: q̃q̃ ne in hac qui
dem sit uera felicitas. Iudicio N. nil
est fallacius: cum aut odio aut beni
uolentia aut aliquo alio affectu de

rebus ipsis iudicare consueuerimus.

Iam uero uilissimos corpos nostros q̃ fragilia sint bona uideamus: si robur inspicis a tauris & leonibus superamur: si uelocitatem a ceruis & tygribus: si formæ speciem paene admodum a uernis floribus distamus: quos uel paulo intensior sol uel frigidior solito uenenus facillime enecat. Videmus & quoadie quidem formosissimos & adolescentes & iuuenes uel parua febricula turpissimos & informes cito reddi. Qd si diligenter contempta hac uilissima specie quæ quædam quasi pictura in superficie corporis est introspiceremus desineremus utiq; pulchritudinem istam muliebrem & uilem admirari: in qua utinam non plus mali q̃ boni esset. Prudenter. N. hoc a Nasone poeta notatum est. Lis est enim forma magna pudicitiæ. Mallem ego deformitatem Ther

Bona corporis.

Forma.

Naso.

sitæ q̄ pulchritudinem Alcybiadis si detrimento mihi & ignominiæ futura ēēt. Quod n. ad malum uia est: id nequaq̄ bonum dici potest. At talis est forma ad intemperantiam siquidem ad libidinem ad flagitiū multos perducit: non igitur forma bonum est. Atqui si rēt te uolumus considerare hanc in plerisq. multorum malorū causam fuisse deprehendemus. Quid bellum troianum concitauit? Helenę forma. Quid Medeam fratrem Absyrtum occidere & lacerare coegit? Iasonis forma. Quid Scyllam parentem cum regno Athenarū hostibus prodere impulit? Minois pulchritudo & forma. Verum nulla res profectō est: quæ nos falso magis hæc inter bona aduidicare faciat q̄ oculorū nostrorū crassus & obtusus intuitus: quo turpes ac informes ueneri & narcisso plerunque

Helena.
Absyrtus
Iason

comparamus Hinc fit ut matres in
honestos & turpes filios pulcherrimos
diiudicent. De his uero qui libidino
se & intemperanter amant non atti
net dicere: cum neq; in hac quidem
neq; aliis in rebus ullo uero iudicio
utantur. Bestiis. n. persimiles haben
tur quæ sola uoluptate & libidine
ad res concupitas feruntur. Ex his
itaq; comprehendi potest robur for
mam, celeritatem corporis inter bo
na connumerari nullo modo debere.
Ad cynicos uenio: quos sectam ideo re Cynici
prehendendam est: qd summum bo
num inurbane & impudenter uiue
existimarent. Frui muneribus a na
tura datis non est alienum a ratione
bene ac beate uiuendi modo id fiat
opportune. Sed in foro mingere: coi
re: ac cætera huiuscemodi agere: quo
rum etiam nomina palam enuncia
re natura ipsa uetat: alienum mihi

ab omni felicitate prorsus uidetur: in
qua summa uerecundia: summus
pudor: summa dignitas inest. Sed
ducant hi pertinaces philosophi: si
ustas corporis partes utiles quidem &
necessarias: sed turpitudinem & in
decorem si ostendantur præ se fere
tes natura sagacissima in locis secre
toribus occultauit: cur ipsi bestias
imitati reiecto omni pudore in fo
ro in scena in theatro ostendunt?
Verecundia. Q d si pueros adolescentes: quibus ob
tenellam ætatem & recentes animi
uires minus cognitionis & pudoris
inest accurate pudibunda corporis
integre uidemus: cur non idem fa
ciant hi quos instituta ob ætatem
in honestate & pudore: & non in ca
nina impudentia fundata esse de
bent? Præterea quid est quod in ui
ta adminiculis his uti recusent: que
uel a deo nobis data: uel ab homini

bus excogitata & inuenta ad com
munem utilitatem sunt: ut tec̃
to ad hyemem æstumq; uitandum: ue
ste ad hymbres uentosq; propulsan
dos: pileo ne caput nobilissima cor
poris pars aliqua intemperie læd at̃:
calceis ne si nudis pedibus terram
frigidam & frequenta pluuia hume
ctam conteramus stomachus simul
& reliquæ corporis partes offendan
tur: carne similiter caleo lacte: ui
no & cæteris adminiculis ad alendũ
substentandumq; corpus perneces
sariis: uti si nefas putant diuinam
prouidentiam nimirũ acculare ui
dentur: quæ omnia ad usum com
moditatemq; humani generis crea
uit. Mirari etiam satis non possũ
Pythagoræ illius Samii Philosophi
cæteris in rebus clarissimi pertina
cissimum decretum: quo scelus ee
& magnum quidem ostendit bru

Pythagoras.

tos carnibus uesci. Sed uno & eo qui
dem perabsurdo dato multa subse
qui necesse fuit. Proposita n. & affir
mata transmigratione animos quã
ipse μετεμψυχωσιν appellabat. cũ
in brutos corpora eos migrare duce
ret accuratissime uetuit domicilia
ut ipse ducebat nostra ob uoracitatẽ
dentibus & morsu uiolari. Sed cũ
nec Pythagoræ nec Diogenis præce
pta propter nimiam rigiditatem
admodum sint ab hominibus appro
bata: cumq; etiam plus ipsis inuen
toribus tam obstinata doctrina q̃
humano generi obfuerit. His tan
dem omissis ad cætera pergamus.
Epicurei uero postremi in ordine fue
re quos sententiam exponeremus.
Horum opinio Metrodori præsertim ac
Hieronymi ab omni prorsus uirtu
te remota fuit. cum brutas n. & nõ
cum hominibus sentire uidentur.

Epicurei.

Nam ut illæ rationis expertes ad id qđ
adest modo sentiant in eo ēē aliq̄d
quod delectet & appetitu ferantur: de
futuris nihil sollicitæ: sic hi retect̄a
continentia, & posthabita uera feli
citate uoluptatem ut summum bo
num amplect̄untur. Nec dici potſ &
q̄ diligenter & accurate uallo ac fossa
(ut dici solet) se se defendant. Non
frustra inquiunt natura dolorem
ut summum malum declinamus:
& uoluptatem ut bonum appetimus.
Nec id solum ab hominibus fieri cer
nimus: uerū etiam a cæteris anima
tibus. Videmus inquiunt bestias di
minutas etiam & quibus minus
animæ inest: uel fugere uel contra
here se se: ubi molestū aliquid & qđ
nociturum sit senserint. Progredi
uero & omni conatu ad id quod iu
cundutatem uoluptatemq; præ se
tulerit deferri. Horū pueriles ra

tiones q̄ facile confutari possint at
tende. Primum quid potest ee stul
tius q̄ asserere id rectę fieri ad qđ
plura appetitione ipsa feruntur?
Quod n. multi appetunt hoc est furā
ri latrocinari moechari stuprum
& adulterium commutere: vino &
crapula repleri: somno & otio uti:
Hæc si rectę & honestę fiunt quid re
ctum certe sit non uideo. Mea qui
dem immo bonorū omnium senten
tia) rectum id dicetur quod cum
uirtute fit: cui certe nil potest ma
gis ee contrarium q̄ flagitiose & in
temperanter uiuere. Hac uia qđ la
boriosa qđq; difficilis sit pauci ad
modum ad uirtutem: illa qđ pro
na & lata multa ad uoluptatem pro
ficiscuntur. Non igitur qđ a multis
falso: sed qđ a paucis uero iudicio
approbatur: id profecto sequi &
amplecti debemus. Male n. cum

Rectum

humano genere actum ēēt: si in re
bus agendis multoꝝ opinionem &
non paucoꝝ eorumdemq; bonoꝝ
sequeremur. Hinc est qđ in optimis
rebus p. pauca deliguntur quoꝝ con
silijs cætera multitudo imperita q
dem ac stolida obtemperāt. Auocan
di præterea inquiunt & reuocandi
sunt ad uoluptatem animi. Hoc .n.
edūt to tollunt prudentiam & mo
destiam: quaꝝ altera præteritoꝝ
reminisci uetamur. ne stultitia &
socordia in aliquam calamitatem
incidamus. Altera uero frenare cu
piditates & libidinem coercere ne
ingenio simul & corpori immode
rata libido officiat. Sed uide quæso
quantum absit ut in uoluptate su
mum bonum dici possit. Ex bono
n. nil nisi bonum oritur. At uero ex
hoc bono quod profectō malorum
omnium fons est: Poenitentiam:

Prudentia
Modestia

sanctatem: dolorem: morbos: ægri
tudinem: eneruationes corporis: igna
uiam: timiditatem: negligentiam:
nequitiam denique omnem exoriri
oportet: cum qui se huic sectæ ad
dixerit nil quod ad corporis aut ani
mi salutem pertineat excogitare
possit: adeo est libidinum omnium
agmine circumuentus. Voluptas igr
non modo bonum non est: sed ma
lorum omnium caput. Ex ea n. petu
lantia: lasciuia: turpitudo: iniquitas:
amentia: scelus: egestas: ignauia: frau
datio deorum atq; hominum contem
ptus continuo quasi fons quidam ir
riguus manat. Quid plura? Ex ho
minibus certe intemperantes ac sæ
uissimæ fiunt belluæ. Sed hos tan
dem missos faciamus: & confutata
falsæ beatitudinis specie: quæ uera
sit atq; perfecta nisi quid ad hæc
dicere uolueris tandem explicemus.

PLA. Nefas certe putarem ea uelle defendere quæ tu falso á philosophis traduca multis ac maximis rationibus ostenduis. neq; hoc quidē ad rem meam facere. & qui desiderio incredibili iam diu ardeo ex te audire quod uerū sit ac summum bonum. quando nec diuitiis rerū necessariārū abundantiam. nec imperio & regnis potentiam. nec magistratibus uenerationem. nec gloriæ & famæ ueram celebritatem. nec uoluptatibus constantem lætitiam. messe uideo. ut ex tua doctissima ac uerissima disputatione intelligi potest. Pergeq; itaq; si placet. & me qui insania & errore multum de uia fluxeram ad ueri perfectiq; boni cognitionem tandem perduci to. M. Si fessus es audiendo mi Platina requiesce paululum. PLA. Quali uero quies ulla maior dolori

meo afferri possit q̃ te: cuius aspectu
mirifice recreor: admonentem doce
temq; intueri & audire. Idem mihi
certe usu uenire sentio: quod inferis
accidisse poetæ scribunt. Vt. N. illis
omni poena tam diu caruisse conti
git. q̃diu Orpheo cithara & fidibus
pro salute Eurydices precari licuit:
sic mihi certe intermissio quædam
fit dolor. ac calamitatum mearum
audita tua eleganti ac docta oratio
ne. M. Reuocanda nunc quidem
mens est ab omni sensu & cupidita
te: & ad ueri ac summi boni cogni
tionem traducenda. De rebus. N.
magnis ac diuinis agitur. PLA.
A ge dic quæso reflexi mentem in se
ipsam: ut nil excidat quod a te duce
tur. Viribus. N. & firmo pectore nunc
opus est. M. Ita est ut dicis: Contra
he paululum pedes atq; audi. PLA.
E n contraxi & totum meipsum collegi.

Verum bonum

Mr Omne profectō qualecunq; id sit qđ ueri perfectiq; denominationem ac aput: ita quidem dictum ob falsum imperfectumq; nemo est qui ambigat. Nam qui album in subiecto uidet: eidem quoq; inēē posse eius contrarium quod nigrum uocamus deprehendit. Contrariis siquidem contraria dignoscimus: ut album nigro: dulce amaro: uerum falso: perfectum imperfecto. Cum igitur falsorū bonorum multaplices esse formas ostenderimus: quæ tandem uera sit ac perfecta declaremus oportēt. Ea nimirum in solo deo rerū omnium principe merito collocabitur. Deo siquidem nil potentius: nil melius: nil perfectius: nil copiosius: nil glorioslius: nil quod magis animos nostros delectēt inueniri excogitari ue potest. Hunc certe nitalem ēē contingerēt rerū omnium patrem nullo

In deo uera beatitudo.

modo appellaremus: cum bonum aliquod eo præstabilius reperiretur.

Perfecta nanq; minus integris nobiliora ee comprehendunt. Hæc ab illis ut a potioribus principium & augumentum accipiunt. Ab illo tale aliquid de deo cogitare nefas putandum est: cum omne quodcunq; in rerum natura est: ita rectè egerit disposuerit ordinauerit: ut in eo ad integritatem nil ulterius requiri posse uideatur. Est igitur in deo summi perfectiq; boni copia maxima: quæ nec continuo usu diminuitur: nec extrinsecus alicuius ope augetur. Diminui quod infinitum est non potest. Alterius deinde egere auxilio eum qui omnibus adminiculo est nequaquam certe consentaneum uidetur. Deus semper idem est: nec ullo modo diminutus: aut a se diuersus dici

Verum bonum

Deus semper idem

potest. Summum nanq; dicere cui
deest quod ab altero accapiat clemen
tia profecto uidetur. Præterea nil
est quod magis diminutum aliquid
imperfectumq; arguat q̃ aliquando
á se diuersum ee: ut ex illis fallaci
bus bonis deprehenditur quæ á no
bis paulo ante multis rationibus r
spreta ac contempta sunt. Deus itaq;
summa, constans perpetua, integra
beatitudo & felicitas est. Hunc qui
intelligit eundem contemplatur &
adorat: diuitias, potentiam, gloriam,
honores, uoluptates facillime con
temnit. Beatus N. & felix summum
bonum adeptus quid amplius req
rat non hab&. PLA. Beatos igitur
eos solos dicas qui spretis fortunæ
bonis unica contemplatione delecta
tur. M. Quid beatos? Immo deos
ut N. iustos iusti participatione di
cimus. sapientes sapientiæ: fortes

Diui.

fortitudinis: sic diuos adepta diuini
tate homines uocabimus: quod
etiam dei ipsius uoce in psalmo cō
firmatur. Dixi. N. uobis dii estis.
Non igitur a ratione alienum est bea
tos homines participatione diuini
tatis deos haberi. PLA. Magnum
est certe quod bonis ac sanctis uiris
tua polliceatur oratio. Sed dic quæ
so istud quod summum bonum uo
cas partibus ne & membris constat
an totum idem est? M. Caue exi
stimes tantum bonum: tamq; excel
lens membris constare. Omne pro
fecto quod partibus constat, inte
grum dici nullo modo potest: cum
partibus plerunq; magna discrepā
tia insit. Non. N. membra omnia
ad idem semper concurrunt: inter
quæ plerunq; tanta contentio ori
tur: ut totum corrumpi necesse
sit. Atqui in deo omnia sunt idem:

quem quidem partibus constare mi
nime dici potest. Omne siquidem
quodcunq; est: tamdiu integrum
& perfectum remanet: q̄diu est
unum. Nam quod partibus cōstat
partium corruptione & interitu
dissoluatur oportet: ut in corpori
bus animantium cernere licet: quæ
animæ ac individui iunctione t
unum q̄diu possunt ee nituntur.
V bi uero mors intervenerit seiunctio
ne partium statim dilabuntur &
intereunt. Conantur illa quidem
naturali desiderio subsistere: &
quoad fieri potest eius naturam
imitari unde originem habuere
nimirū id quod est cernentia. Ve
rum ac perfectum bonum dici nul
lo modo posse: quod non constans
unum integrum simplex sincer
rumq; sit. Hanc appetitionem uni
tatis & divinitatis cum videas

Verum bonum

naturaliter animantibus omnibus
& planus inēe: non est cur ambi
gas deum unum atq; idem semp
existere: ad quem certe tanq; ad
arcem summi boni naturaliter
cuncta festinant. Quem igitur re
rum omnium coniectura bonū
ēe comprehendis: ob eamq; rem
ab omnibus expetu. Integrum ue
rum unum ac simplex bonum fa
teare oportet: quo cognito & adepto
nil erit profecto quod amplius re
quiras: cum in eo singularis poten
tia & unica sapientia insit. Hunc
n. mundi globum: quem ex tam
diuersis contrariisq; rebus cōstare
uides: ipse in sphaericam formā
redegit: nullius adminiculo usus:
eiq; immobilis ipse perpetuum
quendam motum & ordinem alen
psit: quo regi omnia inferiora ac
gubernari mire ordine cernimus.

Neq; quicq̃ est quod hanc diuinam dispositionem queat infringere adeo est prudentiæ & sapientiæ uinculis connexa: ut solis lunæ reliquorūq; planetarū perpetui motus & eodem modo semper sese habentes ostendunt. Hoc itaq; tantum tamq; excellens bonum qui est iuste fortiter prudenter ac sanctē uiuendo consecutus. Quid amplius sibi uelit non intelligo. PLA. Nūc demum uō fateor falsi boni speciē me hactenus insania & errore stolide nimium concupiuisse: cum sit quoddam æternum diuinum constans & perpetuum. Sed deo gratiæ sunt habendæ: qui te hodie diuinitus certe huc misit: ut haberem qui me doctrina & sapientia singulari: non afflictum modo consolaretur: uerū etiam graiter errantem in rectam semitā

reducer&. Sed dic obsecro qua ratiõe hoc tantum tamq; expetendum bonũ adipisci quis possit. M. Disciplinis primum lustranda mens est omni uitiorũ macula: deinde & artibus instruenda, quibus tanq; gradibus paulatim superiora ascendens, descendẽs rursum rediensq; perlæpe cognita huius fragilis ac falsæ beatitudinis forma: veram illam & constantem totis uiribus inquirat & complectatur. Hoc facere qui uult omni prorsus uitio & concitato affectu carere debẽt: ne á tanta cogitatione ancipiti cura distrahatur animus. Fortem eum & constantem ẽe oportẽt: ne laboribus & perturbatione aliqua uincatur. Temperatum ne cupiditatibus & libidinum illecebris á recta uia retrahatur. Prudentem ne insciatia & negligentia errorem aliquem incurrat. Habes nunc ueri

ac falsi boni speciem satis diluciderit
ut arbitror explicatam. Proinde
cura effice enitere in uita recte &
honeste agendo: dolores & miseri
as æquo animo tolerando: Mentem
crebro ab his terrenis sollicitudini
bus ad rerū cælestium cognitionē
traducendo: quo post mortem bea
tus summo illo & perfecto bono cū
tranquillitate uti ac frui possis. PLA.
NIl est certe quod æque facere cupiā
& uelim. Sed dic quæso quonam
iturus es: adornare discessum te
uideo. M. Si bene pedibus uales nil
est quod amplius operam meam re
quiras: Iam N. sedatus animi tui p
turbationibus delinitoq; pectus tu
more mea ac Theodori opera fun
ctus officio meo uideor: nisi quid
præterea uis. PLA. Vt me ames
uolo & ad me interdum redeas ubi
tibi per otium licebit: nosti imbecil


litatem naturæ humanæ. Variæ in
dies oriuntur ægritudines tum ani
mi, tum corporis. has ut hydræ re
nascentis capita abscindas tua in
dustria & arte oportet. M. Vbi te
opera mea indigere cognoro statim
ac libens reuertar. si mihi per ar
cis præfectum id facere licebit. q
non ita libenter accedentes admit
tit.

- ΤΕΛΟΣ -

Patricius liddale scotus pontedonatus

M

I M


colorchecker DIGITAL SG
2019 Edition
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6


colorchecker DIGITAL SG
2019 Edition
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6


colorchecker DIGITAL SG
2019 Edition
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6


colorchecker DIGITAL SG
2019 Edition
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
A
B
C
D
E
F
G
H
I
J
K
L
M
N
x-rite
mm
0
1
2
3
4
5
6